

www.e-rara.ch

**Commentarius de praecipuis generibus divinationum, in quo a prophetiis
autoritate divina traditis & a physicis coniecturis, discernuntur artes et
imposturae diabolicae, atque observationes natae ex ...**

Peucer, Kaspar

Wittebergae, 1560

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-8078>

De praesagiis medicorum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DE PRÆSAGIIS
DE PRÆSAGIIS
Medicorum.



RECTE INTER DIVINA
tionum genera collocatur & Me-
dicorum σημεῖα, quæ consi-
derat signa arguentia in sanis uide-
letudinem aut firmam, aut affe-
ctam & labentem in deterius, & totam collapsu-
ram, nisi præsijs iuuetur & fulciatur commo-
dis: (utor autem saniorum uocabulo latius, neu-
tros etiam includens) in ægris actu iam affigen-
tes morbos, naturæq; cum morbis certamina ac
conflictus, sequuturas mutationes in melius dete-
riusue, & restitutionem uel interitum, & extru-
it inde προγνώσεις καὶ προρρήσεις de morbis
imminentibus atque oborituris, de comalescen-
tia, de uita & morte, de inuasuris cum morbo aut
aliquanto post symptomatibus. Qualis sit, ex
quibus deriuata fontibus, quibus incedat insistat
que uis ac rationibus, quantum ad totam πρόγ-
ωσιν adferat momenti, constabit, ubi signo-
rum discrimina explicauerimus, & ostenderi-
mus fontes, ex quibus scaturiunt ac manant. Cer-
te ad ea medicum, aut excitatos in corporibus
morbos, præsertim si intra corpora abditi late-
ant, cogniturum & amoturum: aut de exitu con-
iectaturum uel repentinis conuersionibus, quæ
quandoq;

quandoq; incautos præter opinionem oborientes turbant distrahuntq; oculis atq; animo attentum esse oportet.

σημῆα Græci uocant & generatim quæuis signa. siue περὶήρια sint, siue ut à dialecticis uocantur εἰκότα, & speciatim εἰκότα tantum: ac recte discernuntur à Galeno περὶήρια & σημῆα.

περὶήρια rem unam atq; eandem sua natura perpetuo necessarioq; citra aliquam ambiguitatem demonstrant, nec fortuitis notantur observationibus, sed ratione logica firmaq; & demonstratione nitente consequentia ex ueris causis, aut effectibus certo cognitis colliguntur. σημεῖα contra nec necessario, nec perpetuo, sed ut plurimum eandem rem indicant: & constant ac nituntur consentientis experientiæ argumentis. Galenus 3. Prognost. his uerbis discrimen explicat. περὶήριον ὀνομάζουσι τὸ δινεκῶς μὲν ἐν οὐδὲρ δηλῶν γνώρισμα, σημεῖον δὲ τὸ ἐτόρον, ὃ μὲν οὐκ ἀναγκάως, οὐδὲ δια πάντος, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πλὴν μόνον δηλοῖ ἐν οὐδὲρ, εἰ δὲ περὶήριον μὲν ἔξ ἀκολυθίας ὅτι λογικῆς καὶ εὐδείξεως, σημεῖον δὲ ἐκ πηρῆσεως ἐμπερικῆς.

Quæ uero ex tota signorum congerie ad περὶήρια pertineant aut σημεῖα, declarata eorum natura docebit. Omnia signa aut σημεῖα sunt tantum, (generatim τῶ σημῆσ uoce accepta,)

DE PRÆSAGIIS

aut σημεῖα καὶ ἄλλα, aut σημεῖα καὶ συμπτώματα. Ratio horum & consideratio eadem in utrisq; sanis & ægris, atq; etiam neutris & intermedijs, etsi uis in contrarijs subiectis contraria. Assumatur exempli causa series affectionum τῆς φύσεως, quarum tres sunt, Causa morbi, Morbus & Symptoma. Causa antecedit & uel præparat, uel gignit morbum, qui est affectio alicuius membri à præcedente excitata causa, ledens eius actionem. Morbus antecedit & ciet symptomata, quæ morbum ut effectus causam consequuntur necessario atq; ex eo dependent: & quandoq; in aliquo membro uel sua confirmata uehementia, uel durata tempore, cause uim acquirunt, nouaq; ex sese pariunt symptomata.

Caularum triplex genus est, προκαταρκτικῶν προγενέμων & σωεκτικῶν. Morborum itidem & Symptomatum differentia triplex, Morbi enim sunt aut ὁμοκρᾶσῖα in similaribus, aut ἁμετέροισι in dissimilaribus, aut ἐνώσεως ἢ σωματικῆς in utrisq;. Symptomata sunt aut actiones læsæ, aut in habitu corporis, aut exeuntibus διαβήσεσι τῆς φύσεως.

προκαταρκτικῶν ἄλλοις rationem habet aut αἰτίας καὶ ἑαυτὸ id est cause per se, aut σωματικῆς uel σωματικῆς αἰτίας seu cause adiuuantis. Ut causa per se aut immediate efficit morbum, ut contusione, ruptione, uisione, incisione, punctione, aut mediate,

mediate, duobus modis. Vno quia preparat τὸ
 πρὸν γέμνον, quod uel materiæ, uel efficientis
 rationem habet, uel utriusq; idq; rursus duobus
 fit modis, mediate uel immediate: Immediate, ut
 assidua crapula, curæq; coctionem impediens,
 & coaceruantes in cerebro crudos humores &
 uiscosos preparant materiam morbis frigidis, ut
 Apoplexiæ. Vita ociosa & delicata, diæta amplifi-
 cans et cumulans in corpore humores, preparant
 τὸ πρὸν γέμνον febribus & inflammationibus.
 Vfus frequens ciborum bilem pituitamq; procre-
 antium & acervantium, materiam calculo confi-
 ciunt. Mediate ut uigiliæ continuæ dum languē-
 faciunt & affligunt cerebri temperiem, τὸ πρὸ-
 ν γέμνον τὸν κρυόν frigidis cerebri morbis ad-
 aptant. Aquæ quæ astringunt affusæ frequenter
 corporibus, aut pinguia, tenacia & glutinosa so-
 ris illita, quia uel claudunt, uel oblinunt poros
 cutis, prohibentq; expirationem, alienum in cor-
 pore incendunt calorem, qui causa est putrefa-
 ctionis humorum, ex qua febres. Calida, dulcia, "
 pinguia & crassa, hausta affatim uel comesta ob- "
 struunt uias hepatis, ex obstructionibus inflamma- "
 tiones, hæc sæpe consequitur hydrops: & potest "
 hæc causa appellari πρὸ πρῶτον ἀσθενέζον αἴλιον.
 Alter modus est, quia preparatum iam & actu
 existens πρὸν γέμνον ciet ac commouet. ita
 æstus uehementior aeris, potus uini meratoris

DE PRÆSAGIIS

largior, agitatio corporis laboriosior, et ex agitate
 tione feruor, aliaq; ciet δ̄ πρὸς γέμωρον apo-
 plexie & inflammationum, quod collectum antea
 & iam præparatum adest, & commouetur, non
 infertur. Idem προκαταρκτικόν, ut σπασμῶδον
 αἷον se habet, cum excitatum morbum aut fouet,
 aut exasperat, aut producit, quod fit multis mo-
 dis. Rursus τὸ πρὸς γέμωρον αἷον seu inter-
 na causa, aut est κενόν αἷον aut οὐδὲν αἷον
 αἷον οὐδὲν αἷον id est, Causa sine qua nō, ut ob-
 structio est causa sine qua non putrefactionis hu-
 morum in uenis. αἷον κενόν aut est in continen-
 te, aut in contento. In continente est tum ἀδύ-
 ναμία partium lesarum, qua uoce complector
 lesas δύναμεις καὶ ἰσχύειας, id est, has languen-
 factas deprauatas & abolitas, tum robustiorum
 δυνάμεις, præsertim in reiiciendis & propellen-
 dis à sese noxijs humoribus ad alias partes imbe-
 cilliores. Materiali causa complector κακοχρῆ-
 μίαν & πλεθῶρα, quarum hæc omnium hu-
 morum æquabilem redundantiam, illa aut singu-
 lorum aut plurium & uicio aliquo affectorum,
 quod aut ex sola est alteratione, aut ex substantiæ
 corruptione, copiam significat, onerantem & in-
 festantem uel totum corpus uel aliquas partes, &
 refertur uel πρὸς τὸν δυνάμειον uel πρὸς τὸν
 ἀγῆα. In contento ut humoribus aut spiritibus
 rursus aut δυνάμειον morbi causa est aut ἰσχύει-
 αἷον.

γεία. Quae δ' αἰτία est causa, nunquam nisi intercedat ζῦργεια morbum facit. Non inferunt aut Apoplexiam in cerebri Cacoehymia, aut φρενῶδ' α in Plethora humores quieti sed moti & agitati, atque in cerebrum depulsi. Non incendunt febrem humores aut copia excedentes aut aliquo degenerantes à natura sua uicio, si tantum sint δ' αἰτία putres & non ζῦργεια. Sunt ergo quieti humores & δ' αἰτία putres cause morborum δ' αἰτία tantum. Quae inest ζῦργεια aut per se facit morbum, ut cum humor acris erodens & exulcerans intestina ciet dysenteriam, aut per se non parit morbum sed gignendo & imittendo τὸ σπαστικὸν αἴτιον, quod uocant coniunctam causam, morboq; genito & absoluto esse desinit. Coniungitur autem semper cum principio τὸ γιγνομένον νοσήματος, seu ut loquuntur, morbi fientis, qui est proprie non morbus, cum morbus sit διάθεσις seu ἔξις, sed πάθος seu πάθημα, seu motus quo acquiritur aut deponitur forma, secundum quam motus proprie partibus inest. Huius generis sunt humores agitati, qui tandem aut apoplexiam gignunt, aut ciet tumores preter naturam, aut obstructions efficiunt. σπαστικὸν seu πρὸσπαστικὸν seu σπαστικὸν αἴτιον, ut Galenus, seu ὁμόγονον αἴτιον, ut Aristoteles, seu efficienter antecedens causa, ut Cicero, seu coniuncta causa ut uulgus uocat, pars est essentie morbi,

DE PRÆSAGIIS

morbi, qua præfente morbus est, sublata tollitur,
 estq; ἀχώριστος atque inseparabilis à morbo, dis-
 tincta tamen, Estq; omnino ea illius natura, ut si
 accedat, morbum excitet & infligat, & eundem
 donec adest, alat ac foueat: si recedat eximat
 rursus & aboleat. Non motus aut agitated tan-
 tum humor in cerebro commouet apoplexiam,
 sed irruens confertim in uentriculos & totos op-
 plens atq; obstruens, qui si nature robore extru-
 datur, nihil adfert periculi. Non agitated tan-
 tum & fluens in uenis sanguis, sed in minimas ue-
 lut infarctus uenas, ijsq; expletis ac diductis co-
 pia, circumfita partes attollens in tumorem &
 plus æquo calefaciens parit φλεγμονὴν. Cum
 enim excidit osculis uenarum sanguis, non est
 amplius φλεγμονή, sed degenerat in abscessum.
 Sic in febribus non sola putredo humorum in alia
 qua parte febrem incendit sed qui ex foco putre-
 dimis affluunt ad cor halitus putridi & feruidi.
 Febris enim ipsa δύσκρασία est calida & sicca
 cordis & aliarū partium, quam parit feruor ca-
 lidorum halituum appulsorum ad cor ex feruido
 fonte putredinis.

Cum autem sit pars essentie morbi, separari à
 morbo nequit, nisi simul ipse extirpetur. Idcirco
 ἀχώριστος est à morbo, Sed aliter quam πρὸν-
 γόμμορ ἀχώριστος est à morbo, qui fit & ad-
 huc est in motu. Nam hoc πρὸν γόμμορ ἀχώριστος
 à mor-

à morbo qui incipit fieri, est inseparabile tāquam
 ἐφεξῆς ὅρ. σωματικὸν uero tanquam ἀμὰ ὅρ. Et
 quanquam non omnis, solus tamen factus morbus
 habet σωματικὸν αἴτιον, & is maxime, qui
 constat intemperie coniuncta cū sua causa, quem
 uulgo uocant intemperiem cum materia, cum sit
 ὄνκ ὅρ ἁπλῶς, sed morbus compositus cum sua
 causa. Morbus suorum symptomatum est σωμα-
 τικὸν αἴτιον. Quippe eo nascēte inuadūt simul aut
 consequuntur paulo post, uigent stante & duran-
 te, dissoluto ac profligato abeunt atq; euanescent,
 nisi aut uehementia aut mora longiore radicibus
 actis adeo insederint membro, ut degenerent &
 uertantur in morbum.

Sed & morborum alius est κατὰ ἰδίον ἀθίαρ
 seu αὐτοπάθιαρ, alius κατὰ συμπτώσιαρ. Ille tan-
 tum morbus est à causa effectus morbida: hic &
 morbus et symptoma. morbus quidem, quatenus læ-
 dit actionem membri, cui inhaeret. symptoma qua-
 tenus ex precedente morbo nascitur ut effectus.
 Alius item κατὰ πρόθεσιν, Alius κατὰ δόξαν
 seu ὑποπάθιαρ. Et ex quocumq; sit
 genere, unum eundemq; morbum alia consequun-
 tur per se et primarie, alia seu κατὰ συμπτώσιαρ,
 seu κατὰ πρόθεσιν: prout in aliqua parte na-
 ta, si quaq; affectio, uel eam solam affligit, uel con-
 nexas aut in propinquo locatas partes aut conta-
 ctu, aut ex interuallo communicato nocumento.

hepate

DE PRÆSAGIIS

hepate inflammatione affecto ex obstructione partium utriusque gibbæ & sinæ, sequuntur per se læsiones præcipuarum actionum hepatis, attractionis chyli, retentionis attracti, ἀµατῶσεως, expulsiōnis ac distributionis: per accidens dolor grauens, tussis arida, alui fluxus, sitis intensa, ariditas faucium, difficultas anhelitus, & alia, quæ enumerare omnia huius loci non est.

Pertinet ad signorum rationem hoc quoque, ubi extranearum seu aduentitiarum, aut internarum causarum uel una sola morbum efficiat, uel plures unius aut utriusque generis: eaque aut certa serie connexæ inter se, aut ita copulatæ, ut simul concurrant.

σηµεῖα ergo, quæ habent uim & rationem signorum, simulque causarum uel symptomatum, si sunt αἰτία πρῶτα ἀγνῆτα immediata, uel πρῶτα γένητα propinqua, aut σὺν ἐκείνῳ uel σὺν ἐξῆς sique tot adsunt quot opus est, & eo colligata nexibus ut effectui producendo sufficiant, aut si de genere sunt symptomatum per se comitantium affectiones quasuis: sub τεκμήρια cadunt. Cetera σηµεῖα uel ἐν ὄντι sunt, non propria uni affectui, nec rimum demonstrantia, quandoque communia pluribus. Quæ uero signa tantum sunt: aut præcedunt morbos propter aliquam cum causis copulationem, aut sequuntur ex connexu cum effectibus aut

aut Symptomatis. Ergo signorum in tota arte Me-
dica, ea est ratio ad res significatas, quæ uel cau-
sarum ad effectus, uel effectuum ad causas, uel eo-
rum quæ causis & effectibus adiuncta coherent,
ad eorundem correlatiua.

Porro cum signorum alia de integra & con-
stante ualeitudine attestentur, alia degenerantem
aut iam affectam prodant, prostratam alia &
morbo succumbentem, alia uictricem & sese re-
colligentem naturam arguant, alia ambigua sint:
priusquam constituamus, quid quæuis moneant in-
dicentue, aut præsignificent, genera discernemus
sinibus distincta, pro ratione affectionum, quæ in
corporibus existunt. Aut enim ὑγιεινὰ sunt signa,
aut νοσώδη, aut ὀυδ' ἐτ' ὄρα, id est, salubria, mor-
bida, neutra.

ὑγιεινὰ sanitatem integram, νοσώδη morbos
designant, ὀυδ' ἐτ' ὄρα prorsus ἀμβολὰ sunt, et
neutram expresse affectionem demonstrant.

Singulorum rursus alia διαγνωσικὰ, alia προ-
γνωσικὰ, alia ἀναμνησικὰ sunt. Veteres hæc
tria genera uno nomine προγνωσικὰ uocarunt.
Præcipuus usus est διαγνωσικῶν & προγνωσικῶν,
quæ re ipsa non discrepant, ex iisdem enim petun-
tur fontibus, usu differunt. Eadem enim, cum ad
affectionem, quæ actu inest corporibus, accurate
explorandam, διαγνωσικῶν: cum ad imminentem
aut

DE PRÆSAGIIS

aut inuasuram aliquando διαδεσις, aut consec-
 quuturas ad obortas & iam cognitae egritudines
 mutationem prænoscendam referuntur, προγνω-
 σις usum præstant.

διαγνωσικὰ ὑγιεινὰ eam quæ existit in cor-
 poribus sanitatem, uiriumq; præcipuarum inte-
 gritatem & constantiam præferunt ac patefa-
 ciunt.

προγνωσικὰ ὑγιεινὰ γνωρίσματα sunt ἀπὸ
 νοσησόντων καὶ ὑγιαθῆσομένων, id est, nota
 in ægris, quæ præcedunt & indicant aut nature
 uincens robur, aut conualescentiam ex morbis
 & recuperationem ac corroborationem amissa-
 rum uirium. Hæc relata ad morbum, quatenus
 de afflictâ ualetudine indicia dant, νοσησόντων rursus
 ad robur uirium collata, quatenus eluctari ma-
 turam superato & excusso morbo, & confirma-
 ri atq; ad restitutionem integram tendere edo-
 cent, σωτηρίων uicem subeunt.

ἀναμνησικὰ eam, quæ antecessit sanitatem, in
 memoriam reuocant, Cuius cognitio uel eo no-
 mine necessaria est, quod quantum à priore inte-
 gritate natura deflexerit, quantum constitutioni
 naturali decesserit, quarum rerum & quanta sit
 opus instauratione, & an institui possit, aut tenta-
 ri omnino aliqua amissi restitutio correctioq; in-
 psuum nature & erratorum admonet.

ἀπὸ νοσησόντων eadem est ratio. διαγνωσικὰ
 natos

natos iam in corporibus & actu infestantes morbos proferunt. προγνωσικὰ aptitudinem propensionemq; ad morbos in corporibus neutris, aut ali- quando erupturas, quæ sensim gignuntur, ægritudines: in ægris & iam affectis, aut morbi pro- rogationem, aut interitum præmonstrant. Sunt enim duorum generum, Alia in neutris obseruantur corporibus, ijs nimirum, quæ nullius adhuc actio- nis læsionem euidentem, nullamue quæ officiat ac- tionibus noxam percipiunt: Alia in ægris. Illa ut Galenus inquit, οὐδέτεράν δηλοῦσι διάθεσιν, προαγγέλλουσι δὲ νόσον, καὶ ὅτι τὴν ἰδέαν ἐπι- τοῦ μεταξὺ, τῶν τοῖς ὑγιάνουσι καὶ τοῖς νο- σῶσι συμβαινόντων, id est, neutram declarant exquisitè affectionem, morbum uero prænunciant, & medium quiddam habent inter ea, quæ ægris & sanis accidunt: hæc genere ὀλέθρια sunt, & uel mortem prænunciant, quando natura languet & deficit, uel morbi durationem, cum suppetunt nature uires, ut tollerare morbum aliquandiu possit.

Prioris generis quædam ex eorum sunt nume- ro, quæ secundum naturam se habent, & non tota substantia, sed sola qualitate, aut quantitate, aut tempore, quo eduntur uel apparent, à sua euari- ant natura & origine: quædam tota quidem substantia recedunt à natura, & eorum com- prehendantur genere, quæ morbis adesse con-
 N n sueuerunt,

ἢ ὡς ἄμ τις φάιν τῆς τοῦ σώματος οὐσίας αὐ-
τῆς σωθετικά.

σωεδρεύοντα uel σωεζεύγμυα, id est, as-
sidentia aut annexa, neque ea morbo necessitate
coherent, ut separari nequeant, neq; eius consti-
tuunt essentiam, sed mores constitutionemq; mor-
bi exprimunt, nimirum ansit de genere ὀξέωρ
uel κατοξέωρ, uel χροικῶρ, uel εὐκῶρ, aut κα-
κοκῶρ, quanta uita pericula, quaque uehemen-
tia intentet, an sit solutu extirpatuq; facilis, ac
uero rebellis ac contumax: Et de termino exitu-
que pramonent, utrum cito desiturus sit morbus
materia ad expulsionem maturata, an uero per-
duraturus aliquandiu Et atrocius infestaturus:
et si perseueraturus est, an natura uires suffectu-
ra morbi uiolentia, Et ualitura eò usq; donec no-
xium omne depellant, an uero ante materiae matu-
rationem collapsura atque interitura sint, qualis
sit futura crisis bona uel mala, integra uel im-
perfecta. Et uel cum ipso simul irruunt, uel
primum insultum aliquanto post consequuntur at-
que ἐπιφαινόμυα, id est, aut insequentia aut
post apparentia nuncupantur, uel nonnunquam
toto morbi tempore, nec comparent neq; accedūt,
sed emanent. Non enim lege necessaria morbo an-
nexa sunt, neq; ex morbi essentia prodeunt Et ma-
nant. Cuiusmodi sunt signa εὐδεικτινα πέφεωσ ἢ
ἀπεψίασ in sputo, urinis, sudoribus, excretionibus

DE PRÆSAGIIS

alui, aliaq; salutem significantia mutationem uel
melius, aut interitum, & deiectionem uirium, quæ
Δαυάσιμα & Δαυατῶδεα uocantur.

Signa coctionis nunquam sub primum statim
morbi principium sese ostendunt, illud nimirum,
quo primum morbi insultum latitudine omni ca-
rentem intelligimus, sed posterius conspiciuntur,
& primam totius morbi partem, quam etiam nos
nunc principij designamus, finiunt ac conclu-
dunt. Complectimur enim prima morbi parte
spacium à prima inuasionem usque ad illud tempus,
quo euidencia in excrementis indicia coctionis
apparent. Quare ad ἐπιφαινόμενα pertinent,
sicut & mortis signa, quorum ortus ex ijs est, quæ
succedunt principio morbi. Signa cruditatis cum
primo morbi exiliunt principio, & quocumque
morbi tempore sese promunt. Signa coctionis
quocumq; morbi tempore apparuerint, semper
bona sunt. Nam morbi solutionem haud ita multa
post sequuturam ostendunt, tantoq; agro cele-
riorem restitutionem pollicentur, quanto maturius
us prodierint.

τὰ ὀλέθρια uel Δαυαθῶδεα μεγάλας ἢ
τᾶχει: τὰ ἡττορ ἐκείνων, ἁγόνως mortem agro
denunciant.

Cruditatis signa & coctu elaboratuq; diffi-
cilem materiam, & longiore tempore perdura-
turum morbum arguunt: & quantum in ipsis est,
non

non mortis periculo ægrum liberant, sed interitum accelerant. de utrisque Hippocrates primo Epidem: cōctiones crisis celeritatem, salutis securitatem significant. Cruda uero & incocta, & quæ in abscessus malos conuertuntur, crīsum defectus, dolores, uel diurnitatem, uel mortem, uel recidiuas ostendunt.

In pleuritide σπυειδής sunt morbo propria (nam & horum, ut παθογνομονικῶν, alia propria sunt morbis, alia communia) quod dolor aut ad hypochondria pertingit, aut ad clauiculas, quod in affecto æger facilius decumbit latere, quam opposito, quod inter principia expuit aliquid aut nihil omnino, & sola uexatur sicca tussi, Crudissima enim est pleuritis, in qua nihil expuitur. Nam eam necesse est inflammationem & maturatu difficilem esse, & longius requirere tempus, quo emolliatur & præparetur, in qua tanta est meatuum constrictio, ut nihil extra fundatur: secundum locum illa obtinet, in qua sanies tenuis eijcitur: tertium, in qua crassior: quartum, in qua quæ expuitur materia perfecte cocta est, alba, leuis, æqualis, consistentia nec humida nimis, nec inæqualis. Tenuè sputum cōctionem quidem, sed debilem arguit. Impermixtum & uel flauum uel ruffum haud quaquam bonum. Liuidum aut erugini simile, aut nigrum perniciosissimum. Si ergo tertio quartoue die excernetur materia co-

DE PRÆSAGIIS

Ita, non ultra diem septimum producet^{ur} morbus. Si crudorum quodcumq^{ue}, aut si nihil omnino egestum fuerit, longius extendetur tanto, quanto certiora cruditatis fuerint indicia, quantoq^{ue} id, quod editur, à cocti forma longius abfuerit. Exemplum Pleuritidos illustre recitat tertio Epidemiorum Hippocrates.

κρίσιμα uel κριτικά signa sua natura symptomata sunt, quatenus uero luctam conflictumq^{ue} nature cum morbo, & eam, quæ hoc cuestigio certamen consequitur, mutationem ostendunt, signorum uim præstant. Talia sunt sudores, sanguinis fluxus, rigores, alui profluum, uomitus, dolor capitis repente inuadens, difficultas spirandi præter rationem & uehemens cordis morsus, hypochondria citra dolorem extensa, uigilia plurimæ, delirium, nox absq^{ue} ratione molesta, accessio anticipans, lachrymæ inuoluntariæ neq^{ue} ex affectu extillantes oculis, nec tristitia expressæ, rubor faciei, labrum inferius agitatam, lucida uel obscura & tenebrosa quedam oculis obuersantia, anhelitus difficiles, mala nasusue derepente rubescens, parotides, aliq^{ue} abscessus ex affluxu agitatorum a natura humorum & decumbentium ad articulos, & similia.

Cæterum sub primum morbi accessum hæc ægrum non corripiunt, illis principijs duobus, quorum

rum alterum in tertium usque diem profertur, alterum tota morbi parte prima definitur, non raro occupant: nonnunquam in ἀνέγνωσις aut ἀκμῶν morborum incidunt, natura aut præmetiente atq; experiunte vires suas, aut omni conatu in morbi expulsionem incumbente. Idcirco non eodem modo ut coctionis signa salutem semper aut securitatem spondent. Verum ubi ad coctum iam maturatumq; morbum accedunt, superatum à natura morbum, mox cessurum atq; abiturum, & sanitatem redituram confirmant. Si crudum adhuc morbum ante maturationem præoccupant, crifim non bonam designant, quæ scilicet aut in perniciem aegrum, aut morbum proroget, parte materiæ excussa atq; euacuata, parte relicta & ne quidem atacta. Prægravari enim atque infirmari naturam crudæ materiæ copia, irritariq; onere, ut exonerationem sui tentet, priusquam exquisite subactæ ac præparatæ materiæ dominetur, indicant. Quod si natura per sese languida est & eneruis, mox hoc uiolento amplius debilitata conatu sub onere residuorum humorum concidit atque extinguitur. Si uiget ualetq; etsi affligitur grauius, tamen renititur morbo, donec uincat, nisi frangatur diurnitate, & succumbat priusquam consequatur in materiam infestantem dominium. Ergo quæ hætenus commemorata sunt signorum genera, discrepant inter se natura, significatis, et tem-

DE PRÆSAGIIS

pore ortus sui seu inuasionis. καὶ δοῦναι ὄντως
 eo existunt momento, quo morbus ipse, ex morbi
 propagata essentia, & ipsi ita agglutinata, ut ne-
 queant diuelli aut seiungi, & morbi ideam refe-
 runt. αὐτὴ δὲ πρῶτον αὐτὴ aut sub accessionem morbi
 primam erumpunt, aut sequentibus duobus prin-
 cipijs comitantur morbum: ita tamen, ne eius prin-
 cipij, quo prima morbi pars continetur excedant
 limites, & quæ sit totius morbi constitutio condi-
 tioq; quem sit habiturus finem atq; exitum, ape-
 riunt. καὶ ὅτι αὐτὴ prima morbi principio nunquam,
 secundo, tertioque, aut augetscente, uel in uigore
 consistente morbo frequenter inuadunt, subitasq;
 mutationes præcedunt.

Distinximus signorum genera. Sed ex quibus
 sint petenda rebus, quæris? Galenus in libro lo-
 corum affectorum sex commonstrat fontes, ex quibus
 signa omnia ceu riuulos deducit. Accidentia,
 Actiones læsas, Excrementorum qualitates. Tuo-
 mores præter naturam, Dolores, Colores parti-
 um aut corporis uniuersi. In arte parua hos fons
 tes in quinque contrahit capita, Alterationes præ-
 ter naturam accidentium subiectorum sensibus, ut
 magnitudinis, coloris, figuræ, numeri, partium, si-
 tus, duricie, mollicie, caloris, frigoris, & cetera.
 Læsas actiones, Exeuntia, Dolores, Tumores præ-
 ter naturam.

Salubria

Salubria pene ex iisdem colligit fontibus, ex actionum integritate ac perfectione, quæ temperiei respondet, conueniente numero, figura, situ, magnitudine, εὐχροία, mediocritate in duricie ac mollicie, exeuntibus. Alibi paucioribus hæc generibus complectitur. Collatis igitur pluribus & non ita multum uariantibus Galeni locis, duos constituemus de ipsius sententia fontes, ex quibus omnia signorum discrimina ceu riuulos deriuabimus. Signa fluunt, uel ex constitutione & habitudine, aut essentia (nominat enim Galenus οὐσίαν) partium, uel ex annexis forinsecus. σὺσασις seu constitutio, seu οὐσία partium, aut est κατὰ φύσιν, aut πρὸς φύσιν, aut ὀυδέτερον, id est, aut secundum naturam se habet, aut à naturali perfectione recessit. Hic lapsus si tantus est, ut officiat actionibus necessarijs & percipiatur, σὺσασις, seu potius διάθεσις πρὸς φύσιν efficit: si nondum sentitur, ὀυδέτερον. Ex naturali constitutione ὑγινα: ex ea quæ est præter naturam νοσώδης: ex tertia ὀυδέτερον oriuntur signa. Consistit autem seu σὺσασις, seu οὐσία naturalis familiarium partium in εὐκρασία, id est, apta & conueniente temperie primarum qualitatum: & organicorum in συµμετρία, id est, apta & conueniente proportione, quo ad magnitudinem, figuram, numerum, situm, ac iusta coherentia et continuitate utrorumq; εὐκρασία euestigio ut effe-

DE PRÆSAGIIS

etus causam consequuntur, & actionum ἀρετὴ ἢ
 τελαότης, & συμμετρία in duricie & mollicie,
 leuitate & asperitate, & εὐχροια, bonus, congru-
 ens, & floridus color. Actionum integritas &
 constantia, rursus præstat hoc, ut exactissime quæ-
 uis membro nutritionis causa adhibita elaborentur
 atq; immutentur, & quàm minimum colligantur
 excrementorum.

Mutantur hæc in contrarium, cum præter natura
 membrum aliquid accidit. Ergo quæ duntaxat
 partium parit signa, aut in actionibus sese ostendunt,
 aut ἐπὶ τοῖς ἐκκρινόμενοις, seu emissis editis
 extra corpus, aut in accidentibus subiectis
 sensibus. Actiones aut sunt ψυχικαὶ animales,
 aut ζωτικαὶ vitales, aut φυσικαὶ naturales: &
 τῶν ψυχικῶν, aliæ sunt αἰσθητικαὶ, aliæ προαιτι-
 καὶ, seu κινητικαὶ, aliæ ἡγεμονικαὶ, id est, sensiti-
 uæ, motiuæ, principes, quibus interiorum sensum
 actiones Galenus denotat.

Sic & naturalium aliæ sunt διαπλασματικαὶ,
 aliæ γεννητικαὶ, aliæ ἀυξητικαὶ, aliæ ἰσχυρικαὶ.
 Nomina à finibus sortita sunt, quod informant, ge-
 nerant, augent, & nutriunt. his aliæ quatuor ser-
 uiunt ἐνέργεια, quas ὑπερετικὰς, id est, mini-
 stras, uocant. attractio, retentio, alteratio, & ex-
 pulsio, quæ in membris destinatis τῶν προαιτιῶν
 geminæ sunt, Propriæ & communes. his nutrimentum
 cæteris præparant, illis sese reficiunt & conseruant.

seruant. In reliquis singulis simplices reperiuntur:
 differunt communes à proprijs duobus. Fine pri-
 mum, Illarum finis est ἀλλοίωσις seu immutatio
 qualitatum nutrimenti, seu conuersio nutrimenti
 in humorem conformem membro immutanti qua-
 litatibus. Coctionis in uentriculo finis est χύλω-
 σις, in hepate uel χυμωσις, uel αἰμάτωσις,
 in uenis extremis insertis membrorum substantiæ,
 preparatio τῆς ὀνείης τροφῆς, id est, alimenti fa-
 miliaris ac congrui partibus. Venæ enim capilla-
 res (ut ita dicam) uellicatæ à membris ex grandi-
 oribus uenis sanguinem conuenientem attrahunt,
 attractum intra sese retinent, & uirtute circum-
 dantium membrorum immutatum ipsis in qualita-
 tibus conformant, tandem expellentes roris instar
 in poros membrorum spargunt: harum finis est
 δρῆσις, quæ est quedam generatio, id est, exacta
 nutrimenti cum nutrito conformatio, seu nutri-
 menti in substantiam eius, quod nutritur conuer-
 sio. postquam enim excidit nutrimentum osculis
 uenarum, quod ex eo conuenientissimum est, nu-
 trit, & respondet πρὸδεσις attractioni, πρὸσ-
 φύσις retentioni, δρῆσις alterationi. Habent &
 ἐκκριτικὴν, seu πρὸσικλυτικὴν uim, qua tum ea, quæ
 ipsa coaceruant excrementa, repellunt à sese, tum
 aliunde transmissa, uel fortuito appulsa motu ab-
 igunt. Secundo organis differunt, communes mem-
 bra exercent & perficiunt ope fibrarum, qui-
 bus

DE PRÆSAGIIS

bus intexta sunt. Rectis trahunt, retinent obliquis, expellunt transuersis: Proprias citra opem fibrarum ui natiua absoluunt. Eadem ratio est $\alpha\omega\lambda\alpha$ $\epsilon\upsilon\theta\upsilon\gamma\epsilon\omega\pi$, inter quas præcipue sunt ϵ maxime euidentēs $\kappa\upsilon\upsilon\lambda\upsilon\alpha\iota$, à quibus cordis & arteriarum pulsus. Sunt enim $\sigma\phi\upsilon\gamma\mu\omicron\iota$ $\kappa\upsilon\upsilon\sigma\epsilon\alpha$ cordis & arteriarum, quibus utraq; uelut diducta & expansa attrahunt aerem frigidiorē, cor à pulmone haustum & præparatum, arteria corpori forinsecus circumfusum ut is $\tau\omicron\pi$ $\alpha\omega\lambda\alpha$ $\kappa\omicron\pi$ $\tau\omicron\nu\omicron\pi$ qui in cordis temperie consistit, foueat ac conseruet, & uitalem calorem sinibus cordis arteriarumq; ductibus inclusum temperet: contracta rursus & uelut conuientia osculis suis elidunt propelluntq; fuliginosos et ardentēs halitus.

Non est aliud certius & firmitus $\tau\epsilon\lambda\epsilon\theta\epsilon\iota\omicron\upsilon$ aut uiuide & constantis, aut inclinata, nutantis, uel prostrata uirtutis, pulsibus. Integram semper aut certe uigentem adhuc, & noxijs fortiter aduersantem, $\sigma\upsilon\mu\mu\epsilon\tau\omicron\iota$ pulsus: languidam aut affectam, aut luctantem cum morbo, $\delta\sigma\upsilon\mu\mu\epsilon\tau\omicron\iota$ arguunt, tantoq; lesam uehementius, quanto maior enormitas inest.

Sed exploratio, cognitio, dijudicatioq; pulsuum, non dicam exacta, sed qualiscumq; difficillima: pauci uel à prima ætate toto uitæ tempore in ea tractatione animaduersioneq; exercitati, uix tandem discrimina perdiscunt utcumq; plurimi ne

ne quidem eam attingunt absterriti difficultate. Opus est profecto assuefactione longa, attentione accurata, assiduitate, sensu iudicioq; exquisitissimo comprehensuro & separaturo omnes tam subitas ac momentaneas motuum tot modis uno ictu, leui occasione, uariantium mutationes, tam exilia minuta & pene sensum fugientia discrimina. Non abijcienda tamen ea cura est atq; obseruatio, sed conandum nauandumq; tantum, quantum consequi cuiq; perplexitas operis ac difficultas concedit. Quae uero & efficiunt pulsus potissimum arteriarum, & uariant, tria sunt in corpore, δωαμιε ζωακη, ut principium mouens, ea cordis temperiem ceteraq; ad τελειότητα natiuam pertinentia complector, arteriae ut organum motus, spiritus uitales ex cordis sinistro thalamo in arterias pulsant cum ijs qui mixtim feruntur & sensum eijciuntur fuliginosis halitibus. Hec cum συμμετροι congruant nature congruam, pulsus συμμετροι, cum ab ea discedunt uel excessu, uel defectu, συμμετροι uariant. Virtus multipliciter pulsus uariat. Robore ac tenore uirtutis uariante & uel mediocriter se habente, uel incitato & intenso, uel diminuto, fiunt pulsus σφοδροι uehementes, ἀμυδροι debiles, συμμετροι mediocres & inter illos medij. Pressa uelut grauataq; uirtus, aut nullo impedita onere uigensq; τῶν δμάλων ηἰσθητικῶν ἀνομάλων, equalium & inequalium: τεταγμένων

DE PRÆSAGIIS

τα γυμνώων καὶ ἀτάκτων, ordinate seu periodicè
 ce aut inordinate ferientium discrimina gignit.
 ἄνωμαλια aut in uno apprehenditur pulsu, aut
 pluribus collatis inter se, quam συνηματικῶ νο-
 cant. Huius generis sunt διαλείποντες, deficien-
 tes, qui in serie pulsum emanent, & non percipi-
 untur. Περπιπτοντες, intercidentes, qui ubi
 quiescendum erat arterie post sui constrictionem,
 ex superfluo accedunt. μυσρίζοντες ἢ μύ-
 ζοι ἐκλείπντες à figura desinente in mucronem,
 qui continuo minuuntur, donec in perfectam fini-
 niantur ἀκινκσίαρ. μύζοι παλινδρομῶντες ἢ
 ἐπανδροχόμοι, qui non prorsus deficiunt, sed
 repetunt ictus aut eadem inchoatos uehementius,
 maiore, aut minore. Sequitur affectam uirtutem
 & πασμάδης, conuulsorius, in cerebri affectibus,
 ut phrenetide.

Quæ in corde & arterijs continentur calori
 uitali permixta, faciunt discrimina duplicia, Pri-
 mo quoad quãtitaatem infusorum in arteriam, Ple-
 sum aut πλήρη plenum, aut uacuum κενεόν, aut
 συμμετρῶν. Secundo quo ad rythmum (qui est
 analogia seu proportio temporis motus & dilata-
 tionis contractionisq; arterie, ad tempus, quo
 quiescit) ἔυρυθμοι & ἀρρυθμοι: ἔυρυθμοι, quo
 exquisita & natia temperie proficiscitur corpori-
 ris ἀρρυθμος, aut παρρυθμος fit, aut ἐτάρρυθ-
 μοι

μος, aut ἔκρυθος, prout plus minusue aut alienus redundat calor, aut deficit.

Organi σῦσασις, quo ad duriciem ex frigore durante, aut tensione a phlegmone. molliciemue, aut constitutionem inter has mediam, discernit pulsuum durum σκληρόν, mollem μαλακόν, mediocrem συμμετρῶν. Huius generis est κλονώσις, cum constante uirtute arteria præ duricia attolli nequit.

Ab affecta uirtute & organo existunt differentie pulsuum inæqualium in uno motu, cum ἀνωμαλία percipitur aut in una arteriæ micatione & eadem parte, aut partibus diuersis. In uno ictu & eadem arteriæ parte, cum sub uno digito aliter incipiens arteriæ micatio aliter desinit, incipiens cum uehementia sensimq; languescens: uel cōtra ab initio languidiore paulatim inualescens. Hinc pulsus ἀνισοταχῆς, qui motu sine intermissione procedente & non titubante tardantur ab initio uelociore, aut contra accelerant tardius inchoantes.

Ἰσοκαρδῶντες, caprisantes, qui in primo uelut saltu impingentes aut hallucinantes, mox tantquam receptis uiribus ualidius insurgunt & urgent, instar salientium caprarum, quæ postquam exilierunt, dum pendent in aëre, sese incitant uehementius. Δίχροτοι, qui geminato ictu bis feriunt,

DE PRÆSAGIIS

unt, hoc postremum fere duriciem arteriæ, ut pri-
ora duo febrium feruores comitantur.

Eiusdem generis sunt $\mu\upsilon\delta\rho\omicron\iota$ $\omega\tilde{\nu}\nu\epsilon\nu$ $\epsilon\tilde{\nu}\kappa\omicron\tau\epsilon\varsigma$
& $\pi\tilde{\nu}\nu\epsilon\nu$ $\delta\tilde{\nu}\kappa\omicron\tau\epsilon\varsigma$, in quibus circa medium digi-
tum insertæ in καρτερ manus, ictus intenduntur
uersus extrema utrinq; nutantes, tabescentibus ex
inflammatione aut alioquin emaciatis proprij.

Organo & uitali calore affectis aut recte con-
stitutis, fiunt differentia, quoad tempus motus, $\nu\epsilon\epsilon$
 $\lambda\omicron\chi\upsilon\varsigma$, tardus $\beta\rho\alpha\delta\upsilon\varsigma$, mediocris $\sigma\upsilon\mu\mu\epsilon$
 $\xi\omicron\varsigma$. Quoad quantitatem diductionis arteriæ,
multum ea distenta in latum $\omega\lambda\alpha\tau\upsilon\varsigma$ latus, in
longum, $\mu\alpha\kappa\rho\delta\varsigma$ longus, in profundum, $\upsilon\psi\eta\lambda\omicron\varsigma$
altus: omnibus æqualiter auctis, id est, arteria dis-
latata æquali uehementia secundum omnes dimen-
siones, $\mu\acute{\epsilon}\gamma\alpha\varsigma$, magnus fit pulsus, minus distensa
in latum $\sigma\epsilon\nu\delta\varsigma$ angustus, in longum $\beta\rho\alpha\chi\upsilon\varsigma$ bre-
uis, in profundum $\tau\acute{\alpha}\omega\epsilon\nu\omicron\varsigma$ humilis: secundum
omnes dimensiones imminutis æqualiter $\mu\iota\kappa\rho\delta\varsigma$
paruus euadit. Quoad quietis tempus $\omega\sigma\kappa\upsilon\omicron\varsigma$
frequens, $\acute{\alpha}\rho\alpha\iota\delta\varsigma$ rarus, $\sigma\upsilon\mu\mu\epsilon$ $\xi\omicron\varsigma$. Tribus o-
mnibus simul affectis, prout affectio uariat, ita
alij atq; alij comitantur pulsus. $\kappa\upsilon\mu\alpha\tau\acute{\omega}\delta\eta\varsigma$ pul-
sus in humidis reperitur ægritudinibus, ut anas-
sarca, ueterno, peripneumonia, languescita uira-
tute. Hac grauius afflicta $\kappa\upsilon\mu\alpha\tau\acute{\omega}\delta\eta\varsigma$ in $\sigma\iota\kappa\omega\alpha$
 $\lambda\eta\kappa\acute{\iota}\zeta\omicron\nu\tau\alpha$ seu uermiculantem: eadem extrema
collapsa

collapsa, hic in $\mu\upsilon\rho\alpha\kappa\eta\iota\zeta\omicron\nu\tau\alpha$ seu formicantem degenerat.

$\epsilon\kappa\lambda\upsilon\delta\omicron\varsigma$ februm hecticarum comes est. $\epsilon\mu\pi\zeta\iota$ $\omega\pi$ uel ferrinus nervosarum partium sequitur inflammationes, & presertim pleuritiden, qui si remittit, mollem & coctu facilem: si intenditur, contumacem materiam significat. Discrimina, causas, indicia pulsuum copiose libris sedecim pertexuit Galenus. Ad institutum nostrum sufficiat indicasse, quod pulsus $\zeta\omega\epsilon\rho\gamma\epsilon\iota\omicron\upsilon$ sint cordis & arteriarum, & de lesa uel integra cordis uirtute & arteriarum testentur.

Harum itaq; (ut ad institutum reuertar) $\zeta\omega\zeta$ $\gamma\epsilon\iota\omega\pi$, $\alpha\pi\epsilon\tau\eta$ seu uirtus, sanitatem: $\kappa\alpha\kappa\iota\alpha$, id est, lesio seu uicium morbos declarat illarum partium, a quibus eduntur. Non solum autem sedes & principia harum actionum consideranda sunt, sed & coniunctarum partium, quarum ex illis quaedam nascuntur ac propagantur, & uirtute principiorum gubernantur, quaedam sua se ui sustinent atque administrant, sed earum propaginum interuentu ac societate, quas a principijs communicatas, intra sese recipiunt, illis colligantur ac coherent.

Cerebrum animalium actionum fons est, ex eo nerui nascuntur & animales spiritus, coniunguntur eidem sensuum exteriorum organa, musculi, & quæ sensus motusue causa neruorum inde deriuatorum

DE PRÆSAGIIS

riuatorum surculos adipiscuntur. horum quodcumq; si afficiatur, sensus membri motusue leditur, uel utrumque. Leduntur uero actiones primarie ac per se à morbis κατ' ἰδιοπάθειαν existentibus in membris: per consensum à morbis κατὰ συμπτώθειαν & symptomatis, nisi fixa & confirmata hæc in aliquo membro commutentur in morbos: mediante morbo à morbi causa, & fiunt lesiones triplici discrimine aut debilitatis uel languefactis actionibus, aut corruptis, aut penitus destructis atq; abolitis.

Debilitant δυσκρασίαι, non uehementes, siue cum materia sint coniunctæ, siue solis consistunt & nudis qualitatibus, & ἀμετρίαι non enormes, & moderatæ solutiones continui. corrumpit immoderatus & alienus calor: destruit penitus frigiditas immoderata & continui solutio maior. denique aut cum dolore sunt lesiones actionum coniunctæ, aut sine dolore eueniunt.

Dolorem inferunt aut solutiones continui, aut δυσκρασίαι immoderatiores atq; à naturali temperie longius euariantes, subitæq; aut confertæ alterationes. Sic enim Galenus inquit, ἀλγυμαὶ τῶν σώματων ἢ ἀλλοιώσεις αὐτῶν αἰσθητῶν εἰσὶν ἢ ἀδυναμία τῶν μεμбрων. λυετὴ ἢ σωεχέα τομῆ, διαβρώσεις θλάσεις, τάσεις, ἀλλοιώσεις ἁπλοῦς ἢ μιχθῆς ἁπλοῦς ἢ μιχθῆς.

Sed

Sed si res propius afficiatur et pensitetur ex-
 actius, apparebit non à soluta unione per se, sed
 semper à qualitate contraria temperiei organi,
 quod sensui destinatum est, dolorem cieri. Comi-
 tatur enim dolor sensum, cuius lesi uel offensi sym-
 ptoma est. Est enim dolor non ipsa obiecti leden-
 tis perceptio, sed affectio præter naturam, quæ
 ex ista perceptione oboritur & existit, sicut
 delectatio in organo sensus est affectio secundum
 naturam, quæ sensus recreationem & refectio-
 nem à conueniente obiecto consequitur. Sunt
 autem dolores omnes in sensu tactus acriores &
 seniores multo quam in reliquis sensibus, quod &
 ipse in compactiore ac solidiore est organo, &
 cietur à crassiore & ut ita dicam pleniore ac ro-
 bustiore qualitate. Sed & organum tactus non u-
 num est & simplex, sed multipliciter compositum,
 scilicet, quod in extremarum qualitatum ca-
 lidi frigidi humidi & sicci, & earum quæ ἠρό-
 ταις & ἀδύναξι ab Aristotele uocantur, duri
 mollis, lenis asperi, acuti obtusi & similibus medi-
 ocritate, ac conuenienti forma & situ consistit.
 Hoc ergo organum à sui similibus, id est, tempe-
 ratis moderate applicatis & conuenienter non
 læditur, sed afficitur uoluptate ac delectatione.
 Ex contrariorum immoderatione dolorem concipi-
 tit, cum hæc iustam & membro congruentem me-
 diocritatem exuperant & repente uehementerq;

DE PRÆSAGIIS

tactum feriunt, tunc cum fit applicatio obiecti ad organum. Tot ergo sunt dolorum cause, quot obiectorum sensum tactus mouentium differentie. Quæcunq; enim res supra modum calida, frigida, humida, sicca, aspera, acuta, repente & uehementer tactui illiditur, dolorem infert tunc cum sensum mouet ui & efficacia suæ qualitatis, qui dolor amota re, quæ dolorē infligit, desinit, etsi obscura quandoq; uestigia remanent, quiq; suboritur dolores noui, ab alijs commouentur causis.

Dolorum quos ἀλγίματα, πονοίαι, ὀδῶναι Græci uocant, alias differentias gignit ipsa eorum (ut ita dicam) ἰδέαι, alias accidentia pariunt. Variant dolorum ἰδέαι uel materia ciens dolorem, uel loci affecti natura, uel utrumq; uel motus materiae. Locus affectus sex facit discrimina, Νυγματώδης uel Διακεντώρ, quem pungituum uocant, rei pungentis sensum infert, & circa membranas potissimum consistit, ipsius affectus uelut radice eo loco fixa, ubi membrana eleuata et tensa pungitur, dolore uero in ambitum circulatorie sese extendente; cumq; os nullum subiacet, equalis: cum subest os, inæqualis percipitur, prout uel membrum resistit uehementius, uel inflammatio sequitur, quibus acuitur aut hebetatur dolor.

Διατείνωρ, quem intensuum uocant, Archigenes ὀλκίμορ, id est, tractorium uidetur nominasse, neruis accidit, à calore desiccante, uel humiditate

miditate dilatante, utroque eorum termino cum eo à quo incipiunt, tum altero in quem finiuntur, tenso uersus medium, & reliquo corpore, aut uelut coeunte atque corrugato complicatione, si ab ariditate tensio fiat, aut diuulso ac uelut expanso, si ab humore. Tensionem eam conuulsio sequitur.

διασπώντα ἢ ῥοδρείδοντα, diuulsiuum aut laceratiuum nominant. accidit membranis intestinis carni: πολλοί γάρ (ut inquit Galenus) εἰσι σπιγμῶδες τοιαῦτοι, ἢ ἀνομάλως ἐμφυόμενοι, ἢ πηλαμβάνοντες αὐτὸ πρὸς τὰ σάρκα. a sola qualitate uel materia, quæ huc illic agitata allisaq; membranis, dum eas aut impetu uehementiore, aut penetrans poros urgensq; à carne diuellit distrahitq;, sensum lacerationis commouet.

Quem perforatiuum uocant, Galeno est ὡς ὑπὲρ σκόλοπος [ἐμπεπρωμῶς, ἢ ὡς ὑπὲρ Ἰβυρῶν ἀγρωμῶνος, qualis fieret si uel palis confingerentur, uel terebro membra perforarentur. Eiusdem generis uterq; est, et accidit uterq; crassiori intestino. differt alter ab altero copia, crassior, motu, ui atq; efficacia materia. illum copiosior, crassior, fixior materia, hunc tenuior, rarior & magis mota ac uelut pungens efficit: quippe pauca copiosiore, tenuis crassa, permanens mota materia minorem solet excitare dolorem. Galenus

DE PRÆSAGIIS

lenus erudite discernit utrumque, διαφέρουσι δὲ
ἀλλήλοις ἢτοι καὶ τὸ πλῆθος, ἢ τὸ πᾶχος, ἢ
πλὴν κίνισιν, ἢ πλὴν δ' αὐτῶν τῆς ἐργαζομένης
πλὴν ὀδῶν δυσίας εἶτε χυμὸς εἶτε πνεῦμα
φυσῶδες εἶη.

Gravis dolor Galeno est οὐδ' αὖν βαρῆτα. ἢ
τὰ βάρη ἐμφάσεως, proprius membris sensu ca-
rentibus ut hepatis, renibus, pulmone cerebro ipsi.
Cum circumdata his membranæ copia materie
opplente & onerante membra ipsa, aut tumore
aliquo præter naturam ibidem existente tense
uelut aggrauari pondere se aliquo percipiunt.
Quamquam enim nulli horum membrorum nervi
implantantur, sed in ambientem absumentur mem-
brarum, tamen sentitur grauitas, cum membranæ
à contactu tumorum extenduntur. Vocant hanc
& suspensiuum & detractiuum.

σφυγμώδης ἢ σφυγματώδης est, quem
pulsatilem & pulsatiuum uocant. accidit hic in
inflammationibus insignioribus & sensu præditis
partibus, proprie quidem & per se ac primarie
arterijs, quæ continuo micant pulsu, affectis ἀνο-
ρίσματος. uicinis uero partibus quæ arterias con-
tinent per consensum affectis, quæ contactu disten-
tarum arteriarum ob angustiam compressæ, icant
quos dilatatae arteriæ edunt, sentiunt. Per acci-
dens uero musculis inflammatione obsessis, in quibus
pulsus ob substratas aut intertextas percipitur
arterias

arterias, & dolor inflammatarum partium à motu est & compressione. dilatate enim arteriæ ferunt inflammatos musculos, & compressæ ab adiacente carne, eam diductione sui comprimunt uicissim. iungitur huic semper dolor ἀπὸ πάλιν, quem compressiuum nuncupant.

Materia quinque dolorum parit differentias, tres diuersitate qualitatum, duas quantitate et duricie mollicieue.

δακνῶδες ἢ μετὰ δ' ἕξεως πόνος, ἢ ὡς διαβρωστικὸς ἔνός, quem mordicatum uocant. non differt ab hoc πόνος ὡς ἡ ἔξωστικὸς ἔνός seu uulneratiuus. Coniungit utrumque Galenus, inquiens, οὐκ ὄταρ ὑπὸ βελόνης τι γῶκεται τις ἐτορὸν πάθος πάχα, τοῖ γινόμενα κατὰ τὴν ὑπὲρ δριμέως χυμῶν διάβρωσις, id est, non afficitur aliter qui uulneratur acu, quam qui acibus corroditur humoribus. ciet utrumque materia tam frigida quam calida. Frigiditas mordicat constipando & comprimendo, neque hoc facit nisi adsit in membro humiditas calori iuncta, qui frigido resistat, nam si cedat calor atque euanescat, frigiditas stuporem inducit. Calor mordicat exiccando humidum membri & diuellendo continuum.

παχῶδες quem stupefactiuum uocant, à frigida causa tantum fit, & ulceratis, sed sensu praeditis

DE PRÆSAGIIS

ditis partibus frequenter accidit, cum non adeo calor, qui resistat frigido occurrenti membris estq; uia ad paralyfin. Non raro ὀδυνὰς νάρκωσις δ' αἰσ experitur ὁ ὑπὲρ λήθης ὑμῶν, cuti per totum subtenfus corpus, ex occurfu atq; impressione aeris frigidioris, quod & sanguine destituitur, & frigidior natura existit. sed ut Galenus inquit, οὐ γινόντ' ἡ κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τοῦ πάθος τοῦ μορίου, ἀχώριστοι γὰρ οὕτως ἡ ἄσπερος, ἀλλὰ ἡ συμπεσπυκνός.

Exasperans cum res sicca fertur per membrum sensus particeps: hoc faucibus ex sicciore aere, aut usu acerborum uel austerorū succorum euenit.

Compressiuus dolor, πόνος ὡς δλιβορῶν uel μετὰ δλιβῆς, euenit, cum materia multa in membro sensus particeps coarctata conclusaque cum ipsum membrum tum uicina comprimit, aut generatur tuberculum quoddam in tali membro.

Contusiuus, πόνος ὡς δλωρῶν uel μετὰ θλάσεως, solutam à contusione uel attritu unio-nem sequitur, ut cum lapis ui naturæ per ureteres expressus, duricie & asperitate sua latera ureterorum atterit: aut asperiora & aridiora stercorum intestina stringunt & confricant, unde quandoq; sanguis emanat: aut cum uiolentiore manuum ad asperius aliquod subiectum adactu cutis uelut riu-

pta auellitur: aut cum februm rigoribus contun-
duntur artus.

Materia cum loco affecto tres dolorum gignit
differentias, inter quas est τὸ νόσος τὸν ὄδ' ἢ με-
τὰ τὰ σέως, quem extensiuum uocant. Parit hunc
multitudo aut humidæ materiae & crassioris, aut
statuum conclusorum in concavis spacijs musculo-
rum, aut quibuscumq; meatibus angustioribus sen-
su ualentibus, uel sub membranis. His enim mem-
branae quæ uestiunt atq; integunt membra uel me-
atus uelut inflata distenduntur, cumq; sensus ad-
est, τὸν ὄδ' ἢ dolor oritur:

ἔλκωδ' ἢ, ulceratiuus, cietur à materia acri
& pungente, in loco, qui tenui constat & laxa sub-
stantia, ut musculis, qui tenuioribus uestiti innexi-
que membranis humori hinc inde penetranti tran-
situm præbent.

κνησµὸς ἢ κνησµὸς προῶγωγός, pruri-
ginosus, à materia excitatur tenuiore & acri,
quæ perumpens interiora ad superficiem fer-
tur, ibiq; in densius solidiusq; impingens obstacu-
lum & sensu ualens cohibetur ne expiret, coacer-
uata uero & tum copia urgens, tum sua sese te-
nuitate ingerens ac penetrans prurimum ciet uel-
licando uelut ac titillando. Galenus duplici dis-
crimine hunc à priori separat, inquit enim: δια-
φέρε ἢ κνησµὸς ἢ αἰδνωσις ἢ διάθεσις τῆς
ἔλκωδ' ἢ, ἀλλ' ἔπει καὶ προκύψτε πρὸς αἰσῆς ἢ

DE PRÆSAGIIS

κνησμώδης τῆς ἐλκώδους ἐκλιπομένης ἢ πάσης
 μύτης τῆς ἐλκώδους εἰς πλὴν κνησμώδης: ἐλκώ-
 κώδης ἐν ὄντι μόνον ἐν τῷ δέρματι φαίνεται ὅση
 νισάμνος, ἀλλὰ ἡγεῖται διὰ τὴν βάθος ἐκτετα-
 μύσης ἀεὶ πᾶσι ὄσων, ἢ δὲ κνησμώδης ὄντως ἢ
 ὑποφανεῖας μόνης ὄσων, ὅν κατ' ἴδιον αὐτῆς λό-
 γον ἀλλὰ ἢ συμβεβηκὸς ὅτι πικρότερον τῶν
 ὑποκειμένων αὐτῶν δέρμα ὄσων.

Quem διάϊσοντα uocant & turgidum nec
 materiam nec subiectum habet proprium, ut cum
 per arteriam diffunditur materia in locum angus-
 tum, ut ubi doleat æger nesciat, & quia altius ea
 leuatur in loco angusto, fit dolor turgidus, qui à
 radice partis primarie affectæ celeriter in cir-
 cumsitâ partes fertur, quibus nihil uicij inest, ut
 in heterocrania & cephalæa accidit.

Accidentia multipliciter uariant dolorum dif-
 ferentias. Remittuntur enim & intenduntur, pro-
 ut efficientis causæ augetur & diminuitur aut
 quantitas, aut uis atq; efficacia: uel mutatur situs
 atq; distantia: uel prout recens ceperunt dolores,
 aut longo durarunt tempore. Quo ad quantita-
 tem dolorum, alius est alio uehementior & inten-
 sior. ἢ τῶν ἢ μάλλον σφοδρὸς, ἢ βίαιος, ἢ γε-
 ἰαυρὸς: alius continuo affligit, διηνεκὴς: alius in-
 terquiescit & per interualla aut redit aut exas-
 peratur, διάλειμα ἔχων: alius ὁμοῖος, equalis:
 alius ἀνώμοτος inæqualis. Quo ad qualita-
 tem

tem alius acutus est ὀξεία ὀδὼν: alius remissus et mitis, ἐκλυομένη ὀδὼν. Acuunt dolores humores biliosi & acres & flatulenti spiritus, obtundunt aut mitigant eosdem phlegmatici humores: item dolorum alius duriciei sensuum simul inuehit, alius absq; hoc infestat. Quoad locum alij sunt profundi, βύθιοι, proprij membranis, quæ ossa ambiunt, cum ipsis ossibus dolor inesse existimatur: alij prope superficiem consistunt, ὑπερλατοί. Quoad tempus alij sunt inueterati & antiquati, alij recentes & inchoati. Quoad motum alij sunt stabiles, fixi, & permanentes μόνιμοι, alij uagantur & discurrunt ex una parte in aliam.

Differunt hi inter se materiae efficientis copia aut paucitate, qualitatibus, crassicie uel tenuitate, equalitate, uel inaequalitate, motu uel quiete, origine materiae prout uel in ipso nascitur materia membro aut in eo collecta haeret, in quo dolor sentitur, uel aliunde transmissa, tunc facit dolorem, cum influit.

Non negligere has ab accidentibus sumptas differencias multum refert. Non parum praestant ad accuratam morborum cognitionem, et rectam curationis institutionem: In morbis κατὰ ἰδιοπάθειαν continuus est dolor: In ceteris κατὰ συνπάθειαν per interualla recrudescit & exacerbatur. & hoc Hippocrates uult, cū inquit, Dolores laterum, pectoris, & aliarum partium an multū differant

DE PRÆSAGIIS

rant considerandum. Tot sunt signorum discrimina, quæ à læsis proficiuntur actionibus.

Sequuntur excrementa, ἐκκρινόμενα. Horum Galenus tria constituit genera, cum ait, ὅσα ἐκκρίνεται τὰ μὲν ὡς μόρια τῆ πεπυθότων τῶσων, τὰ δὲ ὡς πῆλῳματα, τὰ δὲ ὡς ἐπ' αὐτοῖς πῆλεχόμενα κατὰ φύσιν, id est, quæ excernuntur aut partes sunt affectorum membrorum, aut excrementa, aut quæ in membris ipsis secundum naturam continentur. Excernuntur ut partes, in inueterata phthisi pulmonis exulcerati ac putredine consumpti & corrosi particule tussi, in dyssenteria quandoq; de rase intestinorum tunice egestionibus alui, in hepaticis fluxibus, (ut quibusdam placet) inflammati hepatis portiuncule, in renum inflammationibus caruncule decise renum substantiæ cum urinis. Ut contenta secundum naturam, ex incisa, rupta, corrosa, aut dehiscente uena sanguis ruber & crassus, ex arteria flauus, tenuis & spumofus. Ut excrementa & humores pluriimi, & alia, pus, calculi, uermes.

Partes membrorum nunquam secundum naturam eduntur, nec contenta naturalia per se: per accidens eorum excretiones quandoq; sunt secundum naturam, nimirum cū membra onusta copia ampliore iusto, exoneraturæ sese, partem aliquam eijciunt, Excrementorū magna uarietas est.

Aut

Aut enim sunt κατὰ φύσιν, aut πρὸς φύσιν. Illa rursus aut sunt sua natura κατὰ φύσιν, aut ex accidente.

Sed hæ excrementorum differentiæ cum intelligentur rectius, si secundum coctionum discrimina χυμοὶ ἔτι πρὸς ἴσως discernantur, ordine coctionum ἔτι humorum inde nascentium uarietatem exponemus. Quidquid corporibus inest succi, hoc omne aut membrorum soliditati intextum, mutuo exactoq; cum sicco complexu atq; coalitu, eorundem constituit ἔτι absoluit substantiam: aut extra soliditatem partium in cauis uacuisq; continetur spacijs, quorum quædam peculiari perigraphæ ἔτι structura uel amplis laxisq; cavitatibus alueorum aut fontium instar excipiunt, quod colligitur, uocanturq; κοιλοῖα, ut in cerebro, corde, uentriculo, Renibus: uel canalium ἔτι Siphonum ductibus, usu uero riuulorum, quod illatum, uocanturq; πόροι: quædam δὲ οἰσὶ τὶς ἔτι ἔτι ἔτι, sicut Galenus ait, ipsi membrorum texture ex primo aut humidi sicciq; coalitu aut dissimilium partium contextu intersita, spongiarum aut rarioris terre instar excipiunt ac compenitent, quod uel in transcurso humorum de his penetrat, uel exudat, uel per hiantia eorundem oscula extillat, uocantur ἔτι hæc πόροι, atq; in
qui-

etumue ex primæ formationis materia: hoc ἐπί-
 κτητορ uel ἐπίκτητορ seu acquisitum ascitumue
 uel adiunctum ex nutrimento, quis appellare uo-
 luerit, meo iudicio non errauerit, modo discri-
 men retineatur. Nam σὺμφυτορ illud innasci-
 tur partibus, quæ ὁμοιομορῆ uocantur, prima &
 uera generatione ex semine aut sanguine conflat-
 is, discrimine multiplici, pro ratione & uarie-
 tate ipsarum partium: Hoc ἐπικτητορ foris ac-
 cedit ad formatas et iam absolutas partes, et ipsis
 iungitur generatione quadam particulari, qua nõ
 peculiaris & noua distinctaq; producitur sub-
 stantia, sed priori agglutinatur & conformatur
 quiddam, quod expleat & instauret absumptum,
 siq; post nutritionem commune pabulum caloris
 natui cum priore. Quare nutritionem ita expe-
 diri uolunt, si huius ex nutrimento confectæ mate-
 riæ fiat προδεδωκε, si πρόσφυσικε, si ἰσομοιω-
 σικε, id est, si apponatur rite uel intra poros re-
 cepta, uel si tantis pars non sit peruia foramini-
 bus, ut in Chartilaginibus, foris attensa: si deinde
 affigatur & adhereat, tandemq; quoad eius fi-
 eri potest, exactissime substantiæ præexistenti ex-
 aequetur & coalescat.

Hoc acquisito humido nisi reficerentur mem-
 bra assidue, cito attenuata tabescent & arefie-
 rent, innato illo humido continuo caloris depastu
 exhausto,

DE PRÆSAGIIS

exhausto, effluxuq; et expiratu continuo in aerem
dissipato, cum quo simul ipse quoque euanesceret
calor idoneo fomento destitutus. Voco autem na-
tuum calorem utrumq; cum innatum membris
conceptumq; à prima origine ex calore materiae
causarumq; formantium, & attemperatum inne-
xumq; partibus humidis & siccis, qui est calor
ἀναλογος singulorum membrorum temperamen-
to, tum uirtute uiuifica cordis incensum & post
membris iam absolutis insitum, quo quæ δωάμενα
inest illis uita, reducitur ad ἐσπερία, & inna-
tus calor excitatur, fouetur, & conseruatur: de-
niq; à quo hic uim effectricem omnium actionum
corpori necessariarum nutritionis, generationis,
augmentationis, & similium accipit, quo sine non
modo non conferret aliquid reliquo corpori, sed
nec sese diu seruaret, nec partes in quibus haeret,
diu à corruptionis labe tueretur. Continetur
autem in eodem subiecto uterq;, & hic à corde
procedens ad illum insitum eam habet rationem,
quam ad seminum aut plantarum calorem solis
uiuificum lumen, unde caelestem eum aliqui &
aethereum & diuinum uocant, ut alterum ele-
mentarem. Qua uigignat talem calorem cor
non intelligo, sed respexisse ad eam Aristotelem
iudico, quando animam definit esse ἐτελέχεια
πρωτῶ σώματος φυσικῶ, ὀργανικῶ, δωά-
μα ζῶν ἔχοντος. Excludit enim à numero
δωάμεων

δ'ωάμεωρ τυχικῶρ τῶν ζῶντων δ'ωάμεν, de
 qua ex corde reliqua membra δ'ωάμεν uiua, ui-
 tam hauriunt, ut fiant talia ἐντελέχεια seu ἐνέρ-
 γεια, quia omnes reliquas precedit & excitat. Ita
 anima Aristoteli est ἐντελέχεια πρώτη, id est, uis
 illa, qua primum cor uiuit, & quæ postea fusa
 cum spiritibus in arterias, uitam reliquo corpori
 communicat. Id fit hoc modo cum uiuificus calor
 cordis insitum exuscitat, accendit & uiuificat,
 cum hoc calore corpus hausta conceptaq; uita ex-
 erit δ'ωάμεν suas, quæ ante communicationem
 uitæ ceu sopitæ latent, & edit actiones, quæ sunt
 ἐντελέχεια seu ἐνέργεια secunda. Omnino ad
 uim uitalem respexit Aristoteles, quæ in corde na-
 ta, indeq; uehementibus eam spiritus procedens, di-
 stribuitur per arterias singulis partibus, sine qua
 protinus putredine affecta corrumpentur ac
 dissoluerentur.

Cum ergo calorem natium nominabimus,
 complectemur utrumq; & illuminatum, & hunc
 ex corde affluentem atque cum innato in eodem
 subiecto coniunctum, qui quidem tantisper afficit,
 uiuificat, seruat, & à corruptione tutum præstat
 membrum, donec & ipse uiget & manet membri
 ἐπιτηδεύοντος talis recipiendo fouendoq; calori
 idonea. Est enim calore perpetuo & conuenienti
 fomento opus, quo sine extinguitur, aut si absit, non
 accenditur nec figitur: Oportet enim ἀναλογίαμ
 esse

DE PRÆSAGIIS

esse agentis ad patiens & uicissim patientis ad agens: destructa uero illa non adherescit. Quare tunc membrum destitutum natiui caloris regimine, occupatur ab alieno & corrumpitur.

Institæ autē humiditates à reliquis extra membrorum substantiam quacumq; in cavitare positæ differunt, quod hæ in perpetuo sunt motu, & sine intermissione aliqua subiguntur & excoquantur à calore natiuo, donec ad conformem membræ habitudinem perducantur, quarum quæcumq; partes tales sunt, ut elaborentur frustra, eas nature natura ualens separatas aut discutit aut reijcit ac repellit. Nunquam enim natiuus calor occiditur aut cessat, aut actionem intermittit. Illæ uero institæ ultimum ornatum seu perfectionem iam adeptæ ultimam, & membrorum substantiæ conformem, ad quam efficiendam natura coctiones omnes intendit ac dirigit, nihil coctionis amplius subeunt aut experiuntur, sed sicut in ardenti candela elychnium cera aut seuo oblitum imbutum uel accensæ flammæ, sic in membrorum soliditate ceu pabulum præbent igniculo natiui caloris, quem de innato & à corde immisso conflatum diximus. Quæ itaq; nutritionem id est instaurationem assumptæ in membræ humiditatis præcedunt coctiones alimenti, in eum à natura sunt usum comparatæ, ut hoc accurate subactum expurgatumq; à sordibus

sordibus & recrementis, quantum fieri potest, ceu
 crebris diuersorum foculorum ignibus cogant in
 eam soliditatem, quam membri cuiusq; constitutio
 exigit, decisis elisisq; omnibus, quæ ne coeat in
 soliditatem talem alimentum impediunt ac prohi-
 bent. Procedit enim coctio omnis ad incrassatio-
 nem, ut uulgo dicitur, hoc est, densat paulatim
 magis magisq; & constipat nutrimentum in cor-
 pus solidius, uera $\sigma\upsilon\upsilon\kappa\pi\sigma\iota\varsigma$ seu coactione ac com-
 plicatione humidi cum sicco commixti, seclusis ex-
 utroq; quæ coitionem talem atq; coalitum aut re-
 morantur aut fieri non sinunt. Vt enim adiunctum
 membrum nutrimentum adhærescat & prorsus ex-
 aquetur, tale ut sit oportet, quale membrum ipsum
 est. Tale autem non fit, nisi ad eam redigatur
 soliditatem, qua membra constant, cui semper uis-
 cidi aliquid & glutinosi adiunctum est. Vt ergo
 tale euadat, multa educi calore & secerni necesse
 est, quorum quædam ob nimiam crassiciem &
 ariditatem, prius in lapidis durarentur quam
 membrorum soliditatem: quædam ob tenuitatem
 nimiam citius aut in cineres deurerentur, aut dis-
 pergerentur in halitus, quam in eam cogerentur
 crassiciem, quæ membrorum est. Hanc ob cau-
 sam & pluribus fuit opus coctionibus, quarum
 præcedens sequenti semper materiam prepara-
 ret ac suppedicaret, & in singulis multum super-
 fluorum colligi necesse fuit, priusquam eliceretur

DE PRÆSAGIIS

Et exprimeretur hoc, quod uel sequenti coctioni uel tandem nutritioni usui esset futurum.

Sunt autem tres in corpore coctiones distincte et materia, quæ excoquitur, et foculis, in quos materia coquenda reponitur, et calore analogo, et usu atque effectu.

Prima coctio in uentriculo fit, in quem cibi omnis generis mixtim ex ore, sed dentibus prius commoliti deijciuntur ac congeruntur, ubi in uenam chyli pulticulam uelut conflantur. Calefit autem uenter multiplici calore et suo atque incluso, quem circumscripta membra adaugent foventque, et ex corde per arterias uelut folles afflato. Similis hæc est excoctioni metallorum in officinis conflatorijs quæ fit in primis fornacibus, in quas omnis generis rudes uenæ, sed malleis prius confractæ atque comminutæ iniiciuntur, quibus igne dissolutis et colliquatis, omne quod fluidum est, per adaperitum orificium fornacis inferius erumpit at effunditur in subiectum catinum, ubi recrementa et scorie furcillis ferreis detrahuntur, reliquum in secundas fornaces transfertur ut denuo excoquatur. Secunda fit in hepate, quo uenæ Mesaraicæ conuehant id, quod de chylo in intestina uelut in catinum depulso exugunt. Similis hæc est alteri in officinis conflatorijs, quæ in secundis fornacibus, quod de primis exijt, ampli-

us

us excoquitur ac perpurgatur. Tertia fit in extremis surculis uenarum distributarum in membra singula nutritionis causa, quo ex amplioribus uenis, quod nutritioni conuenientissimum est, uirtute membrorum & natiui caloris, ope uenarum attrahitur. In his uenulis nutrimentum uic caloris membrorum ex omnibus ceu explicatum recremantis atq; in accommodatam soliditatem densatum, tandem egeritur ex uenis, & membris ipsis allinitur. Similis hæc est separationi argenti à plumbo & ære, qua in peculiaribus fornacibus peracta, plumbum subsidit, effertur & emicat argentum inde euolutum atq; explicatum, quod quidem præcedentibus ignibus conflatas massas omnes & puritate & soliditate longè superat.

Considerentur autem hæc tria diligenter ante omnia. Primo de materia singularum coctionum seu de assumpto nutrimento, quod siue unius generis cibi usurpentur, siue commisceantur plures ac diuersi, nutrimentum ante ultimam coctionem semper sit ἀνομοιοπέγ & constet partibus dissimilibus, quarum quædam ob rudem & aridam atq; exuccam crassiciem, emolliri: quædam ob dilutam nimis & fluidam tenuitatem sisti & cogi nequeunt. Secundo de calore natiuo, quod ad omnes alimenti partes non sit ἀναλόγος aut ὀλίγη, sed quarundam respectu seu

DE PRÆSAGIIS

comparatione acrior iusto ac feruidior, quarum
dam languidior contra & imbecillior: Tertio
de perpetuo naturæ rectæ constitutæ cursu & ul-
timo ad quem tendit scopo, quod natura actiones,
quas $\Delta\pi\epsilon\tau\sigma\iota\kappa\alpha\epsilon$ uocant, omnes dirigit ad unum fi-
nem ultimum, scilicet corporis nutritionem, qua
est nutrimenti nutrito conformati coalitus qui-
dam cum eodem: & ut hoc consequatur humores
 $\nu\alpha\tau\alpha\ \phi\upsilon\sigma\iota\eta$ omnes quacumq; in parte corporis
secundum naturam conseruantur, sine intermissio-
ne ulla subigit & coquit, uno eodemq; modo sem-
per procedens, id est, totam humorum massam
apte digerens ac distribuens, indeq; eliciens dissim-
ilia, & ab inutilibus ad usum corporis immuta-
tis secernens inutilia, hæc q; relegans alio, ut ex-
pellantur, donec illa & solidata satis & conueni-
ente expolita ornatu inserat membris & iungat
connexu coalituq; uero & physico. De his nihil
remittit actionibus nisi uel sua tardetur imbecilli-
tate, uel superetur copia aut retundatur uicio
materiæ rebellis, uel impediatur uijs obseptis, in
quas superflua deponere consuevit & coacer-
uare.

Hæc cum ita se habeant, necessario cum pro-
pter materiam dissimilem $\nu\epsilon\sigma\iota\ \epsilon\tau\ \delta\epsilon\sigma\iota\kappa\omega\iota$, calor
remq; $\alpha\sigma\upsilon\mu\mu\epsilon\ \delta\omicron\pi$ & non attemperatum equa-
biliter omnibus materiæ partibus, tum propter
actionem naturæ procedentis ad solidationem nu-
trimenti

trimenti exacte, quoad eius fieri potest, ab alieno
 omni perpurgati, ut respondeat soliditati mem-
 brorum nutriendorum, quæ dissimilis est & pe-
 ne in solidis singulis peculiaris ac propria: Pro-
 pter has ergo causas necessario plures quævis co-
 ctio distinctosque prolicit & parit humores,
 quos confusos inter sese, ubi coctio peracta est,
 natura discernit & separat mirifice, eductis
 translatisque alio ijs, quibus usura est ad corpo-
 ris refectionem: reliquis alio itidem depulsis, ut
 uel adsruentur donec excerni commode possint,
 uel statim egerantur. Incumbit quidem natu-
 ra in totam immisi alimenti massam pariter, to-
 tamque complexa calore subit ac subigit, sed non
 in omnibus partibus hoc præstat & conficit, quod
 in temperatioribus, quas dum ex massa tota se-
 cretas ac contractas immutat conformatque offi-
 cinæ coquenti coloribus & alijs qualitibus, in-
 terea tenuiores quasdam sed dilutiores fundit &
 ceu explicat in halitus, aridiores adurit: quas-
 dam cogit plusculum & densat: crassioribus &
 rudioribus succo exhaustis, quæ ob ariditatem ne-
 que emolliri, nec solidari queunt, inducit uelut
 inchoata futuri humoris boni lineamenta.

Ita in omni coctione, cum in officinæ coctri-
 cis; foculo ceu feruet materia, quæ coquitur,
 multum materiæ effumat in halitus, qui confer-

DE PRÆSAGIIS

tim efferuntur suaq; leuitate & impetu suo querunt exitum & meatus pererrunt. Horum duplex genus est, unum ἀτμῶδες, quod ἀτμῶδες seu halitum nominabimus, ex humidioribus ac dilutioribus aqueis partibus resolutum, humidum prorsus & uel obscurum crassioris nebule instar, uel nitidius puriorum halituum forma. Id uero aut calore discutitur ac dissipatur amplius fusi & attenuatum, aut ad occursum contactumue uel aëris frigidioris, uel remissius calentis obstaculi, mox densatum redit ad priorem naturam & in manantes ac fluidas liquescit guttulas. Alterum ἀναθυμίασις seu expirationem nominabimus, quam ex aridioribus partibus ceu diductis & expansis attenuatione calor eximit quadruplici discrimine. Sicciora enim calore fota ἀναθυμίασις, id est, flatum siccum modico aqueo humido imbutum remittunt, & pinguedine carentem: Humidiora καπνὸς seu καπνῶδες τὶ, id est, fumum seu fumosum quiddam, ubi siccum copiosiore humido delibutum est, ita tamen ut siccitas uincat. Pingua sicciora λιγυρὸν ἢ λιγυρῶδες τὶ id est, fuliginem, in qua cum sicco copiosiore rarius humidum idq; pingue aereum & uiscidum commixtum est. Pingua humidiora κνίσιον ἢ κνισῶδες τὶ, id est, nidorem aut nidorem aliquid, in quo sicco rariore copiosius humidum aereum pingue & lentum admixtum est. Ex

Ex his quedam tenuiora sunt. Ἐδίορ συγκεκαυ-
 μῶτα καὶ ξέοντα καὶ δριμέα καὶ δ' ακνώδη
 pro materia coctionis. Ἐ caloris ratione, quæ-
 dam crassiora, καὶ ἀβαλώδη καὶ δίορ γαλώδη,
 similia fumis, quos ardentis thesæ edunt. Hæc
 halituum genera non raro omnia simul calor in
 unaquavis coctione expromit, de alimenti mate-
 ria, si talis sit propter ciborum dissimilium com-
 mixtionem. Sæpe discrimina ex ructuum sapore
 percipiuntur gustu.

Intus autem dum feruet materia, quia calor
 est colligere Ἐ contrahere ὁμοῦ, si dispersa
 sint atq; distracta, Ἐ secernere ac ceu evoluer
 atq; explicare, si sint confusa cum alijs Ἐ impli-
 cata, ita calor coquendi elicit de rudi informi in-
 digestaq; massa primū tenuia ignea et aquea, mox
 temperata aerea, deinceps cruda aquea, Ἐ ad
 extremum crassa terrea, uelut arte digerens sin-
 gula ac disponens, etsi singula non absoluit. Inde
 quedam sufficientem adeptæ coctionem talia eua-
 dunt, qualia natura instituit. Quedam ceu igne-
 scunt Ἐ πρὸς κεκαυμῶτα, Ἐ acredinem urentem ac
 mordacem contrahunt. Quedam substantiam
 Ἐ δ' ακνώδη Ἐ aqueam retinent discrimine dupli-
 ci. Alia enim παχύτῳρα coctione longiore cras-
 fescunt Ἐ paulatim magis magisq; ad tempera-
 torum consistentiam adiguntur: Alia λεπτότῳρα
 citius

DE PRÆSAGIIS

citius in halitus expirarent uniuersa, quam crassa
 fescerent. Quædam denique γέωδ'η & ηελι
 ἰλυώδ'η id est, terrea & fœculenta, coctionem
 ulteriorem respuunt, duplici itidem discrimine.
 Sunt enim alia alijs crassiora & aridiora, quor
 rum quæ minus sunt crassa & humidi pluscu
 lum continent, si coctione emolliantur, ceu fati
 hiscentia cedunt calori & hoc quod superest bo
 ni succi, dimittunt. Loquimur autem de co
 ctionibus naturalibus, quas efficit calor natiuus
 moderatus recte & secundum naturam se habens
 in partibus singulis: gubernat uero natura ipsa
 recte ualens.

At pars qualibet κατὰ φύσιν, οὐ κατὰ νόσον
 αὐρεσίῃ ἢ πρόγνωση & attrahit ex uicino ali
 mentum sine sensu indigentia solo nature sue imp
 petu, uentriculo excepto: & attractum coquit
 sui usus causa, non ut consulat alijs, etsi usus pro
 uidentia opificis κατὰ δ'ημιούργου pertinet ad tot
 tum corpus: & incumbit in elaborationem uni
 us humoris, quo reficiatur & alatur ipsa, quem
 quando absoluit eo refecta & alita, reliquum
 omne tanquam onus superfluum abijcit & excu
 cutit. Quare præter eum humorem, cuius con
 fectionem natura instituit in quauis parte, reli
 qua omnia sunt ὑπερτιώματα, & quidem hic
 ipse, quando quod debuit præstitit, fit membro
 ὑπερτιώματα.

πορρωτά. Suntque πορρωτά alia χήσιμα, quæ natura ad certos ac destinatos usus & seruat & usurpat, alia ἀχήσιμα, quæ tanquam inutilia, & oneri futura atque impedimento cæteris partibus, occupatis distribuendo deducendoq; alimento, protinus abigit.

Prima itaq; coctione, quæ in uentriculo fit, alimentum quod dentibus prius ceu confringitur, contritumq; miscetur, conuertitur in liquorem similem cremori ptisanæ, album fluidum, crassiusculum adhuc, quem χυλορ uocarunt, & coctione ipsam inde χυλωσιρ. Dum ceu feruet in uentriculo cibus, (quem quidem ipse dum recte ualet, sese undiq; obliquarum uibrarum intensione constringens, comprehendit adeo exacte, ut quauis interioris superficiei parte cibum attingat, osculo etiam superiore coarctato ne hiet, sed conuiueat tantum) interea ergo dum feruet cibus, ex dissolutis aqueis partibus magna uis halituum expirat in œsophagum per osculum superius. Eorum pars aliqua per os & nares erumpit atque in aerem dispergitur. Pars sicciore & tenuior perrepens cranei suturas & capitis poros exhalat: crassior & χυλωσδης per eosdem lente egeritur & sordibus pinguibus caput inquinat, λυλωσδης hæret impacta radicibus capillorum & his alimentum præbet ac materiam. Pars liqui-
dior

DE PRÆSAGIIS

dior & humidior uel in palato ipso & faucibus
 protinus liquefactum sputum gignit, uel per fo-
 ramina ossis $\sigma\phi\mu\upsilon\epsilon\iota\delta\delta\epsilon\zeta$ seu basilaris, quæ in pa-
 latum desinunt, cerebrum petit, ubi tum per eos
 meatus, quibus ad cerebri basin primi duo uentri-
 culi oblique reflexi deorsum excipiunt $\kappa\alpha\pi\alpha\tau\iota-$
 $\delta\alpha\zeta$ arterias, in ipsos efferuntur uentriculos: tum
 circum circa & intra duram membranam et ex-
 tra hanc effunduntur ceu ad craneum testitudi-
 nis aut camerae instar cerebro obductum: tum si
 sint tenues, in ipsum etiam sese ingerunt & pene-
 trant cerebri corpus, quod rarum & spongiosum
 est, perpetuoq; motu & diductum intumes-
 cit, & residit compressum. Si ergo caleat cere-
 brum, interdiu maxime, cum fatigatur aut inten-
 tionibus animi, aut corporis motibus uehementio-
 ribus, pars illorum halituum, calore cerebri con-
 sumitur ac discutitur, pars occurso aeris frigidis-
 oris densatur in guttulas, quæ intra primos uen-
 triculos corruatæ per peculiarem, ceu canalem
 destillant in subiectum tertium uentriculum, ex
 quo geminis meatibus educuntur in $\chi\alpha\epsilon\upsilon\lambda\iota\delta$ seu
 $\tau\upsilon\epsilon\lambda\omicron\upsilon\pi$ insistentem glandula, cui peculiarem se-
 num in osse basilari natura exculpfit & muniuit
 exquisite, ut nixu firmiore & tutiore commodius
 exciperet, quidquid humorum ex alto delabitur
 & confluit. Inde geminis utrinq; meatibus de te-
 nioris membranae cerebri tunica contextis & per

per oculorum sedem ad nares, per peculiaria
 foramina ossis basilaris ad palatum directis, de-
 uehitur, quod collectum est, in narium & palati
 amplitudinem, ut emunctione & spūto eijciatur.
 In magnis repletionibus per eos etiam meatus, per
 quos assurgere & cerebri sinus subire halitus di-
 ximus, liquefactæ guttulæ resfluunt in fauces.
 Quod extra duram cerebri membranam sese in-
 tra eandem & cranium insinuans colligitur, se-
 re digeritur calore & motu. Quod intra ean-
 dem & ipsum cerebri corpus continetur, hoc uel
 calore consumptum euanescit, uel frigore lique-
 factum aut excidit in nares per foramina ossis
 basilaris, & multis foraminibus cribri instar per-
 uium est, aut secundum latera delabens decumbit
 ad basin cerebri, ubi per patentia ossis basilaris
 foramina præcipitatur in fauces. Ex his ergo ha-
 litibus hoc modo liquefactis nascitur & fit in pa-
 lato & faucibus πῦλον, sputum: in naribus
 μύξα, mucor, qui recte coctus ex occurso aeris
 frigidioris coit ac crassescit. Vtriusq; gradus &
 differentie multiplices in crassitie ac tenuitate,
 copia ac raritate, lentore & uisciditate, prout
 plures uel pauciores & minus crudi ascendunt
 halitus, & cerebrum nulla uel propria uel ascita
 aut caliditate lentorem liquefactis halitibus in-
 ducit, aut frigiditate eosdem cogit ac densat. Dif-
 fert

DE PRÆSAGIIS

fert à spūto σίχαλον, Salina, quæ est utile ^{πρὸς τὴν}
 μᾶ, ex eo nutrimento reliquum, quo glandule
 faucium resciantur, & adseruantur in illis glan-
 dularum & linguæ poris, quæ χηραμοι uocam-
 tur, ut humectet et riget linguam, Laryngem, sto-
 machum & totam illam cavitatem, quæ faucium
 nomine latinis, græcis φάρυγγος nota est, ne nere-
 ui & musculi continuis motibus & maxime cum
 foris aer æstuat, nimium desiccentur. Hinc ab
 Hippocrate glandulis his spongiarum nomen tri-
 butum est, quæ alioquin ab Anatomicis propter
 situm πρὸς μίαν & ἀντιὰ δ' ἐς latine amygdale
 forma & tonsillæ uocantur: Quanto autem re-
 tius ualet uentriculus, tanto minus inde crudo-
 rum fumorum exhalat, præsertim si cibi sint con-
 uenientes. Si languidus uentriculus cibos nec
 complectatur rite nec coquat, & osculum super-
 rius languefacto tono nimis laxè pateat, deniq; si
 non ᾤψις fiat, sed μόλωσις, obnubilatur &
 plane obruitur cerebrum uelut nebula densiorum
 & crudiorum halituum.

Chylum autem etsi uidetur esse ὁμογενὲς, ma-
 men partibus constare dissimillimis, separatio or-
 stendit. Nam & aeræ complectitur iusta subs-
 actione adæquatas et attemperatas uentriculi ma-
 ture, & quasdam igneas, tenues, plusculum cas-
 lentes: quasdam aqueas, fluidas, lubricas & len-
 tore

tore tenaces & sine lentore, quæ phlegma uocantur, quod primo in uentriculo gignitur & chylo inest $\chi\upsilon\sigma\gamma\epsilon\iota\alpha$, cum $\chi\upsilon\mu\omicron\iota$ reliqui $\delta\upsilon\omega\acute{\alpha}\mu\epsilon\iota$ tantum insint: quasdam crassas crudas terreas, quæ nulla emollitione comminui & fundi in liquorem potuerunt. Singulis autem plures insunt qualitatum gradus & discrimina. Vbi igitur maturuit chylus, & uenterculus de eo assumpsit, quantum satis fuit ad sui refectionem, tunc sese exoneratur, ad aperto inferiori ostio, cui ab hoc officio attributum nomen $\tau\omega\lambda\omega\pi\omicron\varsigma$, fundo uero & tota superiore ac sinistra parte arctius contracta excutit & propellit reliquum omne in intestinum duodenum. Vnde paulatim uirtute intestinorum expultrice in sequentia prouoluitur, constrictio- ne intestinorum quam transuersæ fibræ moliantur protrusum, conferente aliquid tractione re- ctarum fibrarũ, & ne præpropere fiat depulsio, obliquis fibris impetum nonnihil retardantibus & progressum chyli remorantibus. De phlegmate uero & uentriculi & intestinorum tunicis superficie tenus semper aliquid ob lentorem adhe- rescit, quod illimit & inungit superficiem ut chy- lum transmittat facilius lubricitate

De ipso uero chylo in intestina infuso, uenæ Mesaraicæ, quæ à portis hepatis, ubi uena est quæ inde $\tau\omega\lambda\alpha\varsigma$ uocant & à tenui forma $\sigma\epsilon\lambda\epsilon\chi\iota\alpha\iota\iota\varsigma$

DE PRÆSAGIIS

ἄρ, innumera sobole distribuuntur radicum instar
 in intestina præsertim gracilia, exugunt quod est
 fluidum maxime & liquidum, idq; conuehunt ad
 hepatis portas in caudicem uenæ portæ, ex quo
 rursus diffunditur chylus in riuulos, qui ramo-
 rum instar caudici coherentes totum cauum he-
 patis ambitum serie multiplici implicant & per-
 texunt. In his riuulis secunda fit coctio, quæ χύ-
 μωσις uocatur inde, quod de chylo feruefacto et
 excocto elicit atq; producit quatuor humorum
 genera, consistentia, coloribus, qualitibus alijs
 et usu distincta, quos humores uocant χύμας uel
 succos. Sicut enim cum mustum feruet in dolijs
 & eo feruore perpurgatur, uelut eruetatur atq;
 expuitur supra uirtute uini leue quiddam tenue,
 spumosum, amarum, quod uocatur ἄνθος & flos
 uini: depellitur deorsum crassum aliud & lenu-
 lentum, quod in fundo dolij subsidit, id uocant fe-
 ces: Agitatur & aqueum quiddam crudum nec
 dum satis percoctum, quod tamen neq; extrudatur
 in aliquem peculiarem locum, ut feces, neq; eijci-
 tur ut hoc, quod nominatur flos, sed retinetur in
 uino & paulatim coquitur, Sic cum chylus in
 uasis hepatis uelut accensus calore hepatis fere-
 uet, ex separatione dissimilium partium erumpit
 quiddam tenue spumosum, quod ξάνθω χολῶ
 nominant, decedit & crassum, lutulentum, feci-
 bus simile, quod μελαχολικὸν χυμὸν uocant.
 ab utroq;

Ab utroq; distinguitur tertium temperatum, quod
 forma sanguinis constitutioni hepatis respondet,
 & præstat hoc, cuius gratia coctio instituitur,
 deniq; explicatur ac secernitur ab his omnibus
 aqueum crudum, quod est phlegma. Causa co-
 quens est δυνάμις hepatis, quæ ui sui tempera-
 menti & natiui caloris de chylo quantum uenæ
 capiunt, tantum complectitur, ut totum quantum
 fieri potest ad usum nutritionis adaptet. Quare
 dum feruet chylus, rursus magna uis calidorum
 halituum inde expirat, qui in contiguos uenæ ca-
 uæ surculos perrumpentes, ubi in huius euaserunt
 caudicem, mox per multiplices canales inde de-
 ductos sparguntur in totum corpus, sed maxima
 sui parte ob leuitatem contendunt sursum atq; ad
 cerebrum euolant, quod uelut tectum fumosæ do-
 mui impositum excipit quidquid ab imo effertur.
 De his halitibus in cerebro idem fit, quod de reli-
 quis ex uentriculo eleuatis, sed calidiores hi ac
 teneriores sunt, expressi nimirum ex materia ma-
 gis attenuata fortiore calore. Eorum uero, qui
 ad cutem excurrunt, pars tenuior & aridior eli-
 ditur κατὰ πλὴν ἀδῆλον τῆ ἀιδήσει διαπνοῶν
 per cutis poros, quos natura ἴδιον ὄπως τίνας
 λεπτὰς διατέθειτο τῆ λεπτότητι τῶ περιττω-
 μάτων ἀναλόγως: pars crassior ac uiscidior aut
 sudorem densatur: pars crassior ac uiscidior aut
 in pacta hæret poris, eosq; obstruit & præclu-
 dit

DE PRÆSAGIIS

dit aut expressa & peruoluta in cutem dilatatur
 & illinitur. Vnde sordes corporis existunt. Cum
 que sit calor ασνμε hoc diuersis chyli parti-
 bus, ideo dum separat ex tota massa partes ordi-
 ne secundum gradus tenuitatis & crassicie, tenu-
 es calidas cito percoquit, & easdem interea, dum
 reliquas temperatas, quæ crassiores sunt, elabo-
 rat, ceu adurit plusculum. Degenerant illæ er-
 go in bilem flauam, quod longiore coctura & in-
 tensiore calore, quam erat opus nimium uste, flo-
 ridum ruborem mutarunt in flauedinem. Flauæ
 scunt enim rubicunda siccitate & adustione mo-
 dica. Reliquæ ex iisdem tenuibus partibus, quæ
 minus uste diluto claroq; nitore rufescunt, abe-
 unt in ἐρυθρὰν χολῶν, bilem rubram. Tempe-
 rata uertuntur in sanguinem, cuius color est ru-
 ber, purpurascens, Has autem dum maturat, ac-
 queas addensat quidem aliquantulum uelut epota
 humiditate nimia, non percoquit tamen nec colo-
 rem immutat propter admixtæ aquosæ & liqui-
 dæ tenuitatis redundantiam, quæ prohibet ne co-
 gatur & crassescat consistentia & ne ruborem ex
 alteratione concipiat. hinc phlegma existit. In
 crassis terreis inchoat quidem coctionem, sed non
 perficit, eò quod ob aridam & exuccam crassi-
 ciem coctionem nequeunt ferre ampliolem, quæ
 eo quod superest humido depasto exhaustoq; res-
 liquum aut in adustæ & nigricantis picis lentefa-
 ceret

ceret crassiciem, aut in duriciem solidaretur topi. Cepta itaq; & tentata coctionis his inducit speciem, obscura sanguinis rudimenta cum colore uergente ad fuscam nigredinem. Rubor enim subiecti crassi opaci & impuri obscuritate hebetatus nigrescit.

In quatuor itaq; humores chylus coctione hepatis distinguitur. Inter quos sanguis substantia mediocris est, nec tenuis nimis nec ualde crassus, qualitatibus temperatus, sapore dulcis, colore ex rubedine purpurascens, plenus fibris, propter quas coit facile atq; coagulatur effusus extra uenas, quod sanguini proprium est, confectus calore temperato hepatis ex partibus chyli temperatioribus pinguioribus & aereis, pars nutrimenti precipua. Flaua bilis substantia tenuis est, diuisa in calidam & siccam, sapore amara, colore rufesca flauescens, aut exquisite rubra, confecta calore immoderatiore ex tenuioribus et calidioribus chyli partibus, nec coagulatur uenis exempta. Phlegma crudum est cruditate humoris aquei crassiusculi, διαμα frigidum & humidum, sapore insipidum magna ex parte, etsi coctura cum sanguinis qualitatibus reliquis uestigia quaedam inchoata dulcedinis contrahit, productum in uentriculo primum, postea coctione ulteriore & separatione in hepate, ex chyli aquosis partibus & crudis, quae elaborari satis nequiuerunt, nec coagulatur

DE PRÆSAGIIS

gulatur eductum ex uenis. Succus Melancholicus crassus est & terrestris maxime inter omnes humores, δωάμ & frigidus et siccus, sapore astringens, uel acerbus potius & στυφνός, qualis est in pomis & pyris immaturis aut prunis syluestribus, colore nigricans, confectus de crudis & crassis partibus terreis non elaboratis calore, neque colliquatis, neque exæquatis, nec coit aut coagulatur, si extra uenas sit.

Hi igitur quatuor humores in ijs riuulis, qui a porta in cauum hepatis ambitum dissipantur, temperie & calore hepatis gignuntur, confusiq; inter se ante separationem unius tantum humoris speciem præ se ferunt. Sed & ipsi quatuor differentes humores non sunt uniusmodi, sed gradibus crassicie ac tenuitatis, cruditatis & coctionis, itemque colorum & saporum plurimum inter se differunt. Quædam enim illorum partes sanguinis naturæ propiores sunt, quædam ab eadem degenerant longius. Idcirco natura molitur separationem aliquam & expurgationem massæ sanguinæ secretionem impuriorum partium, quæ ad nutritionem usui non erant future, priusquam quod utile est & accommodatum, transfundat ex ramulis uenæ portæ in obuios circa hepatis medium & confertos cum his atque conuenientes surculos uenæ cauæ, qui gibbum eius ambitum similiter multorum ductuum ceu tubulorum ac Si-
phonum

phorum meatibus intexunt, emissi è trunco uenæ
 cauæ, qui hepatis ad auersam & posticam regio-
 nem attensus, maxima corporis sui parte intra
 ἡπαρ & χύμα hepatis conditur. Absoluitur autem
 separatio ista massæ sanguinæ non distincta ali-
 qua & peculiari uirtute hepatis delectu quodam
 secernentis ab utilibus noxia, sed ui expultrice he-
 patis, qua χύμας maturos, ubi sese refecit, ex-
 cludit, & ui tractrice eorum uasorum, quæ alli-
 ciendis ad sese recrementis illis tanquam familia-
 ribus succis, recipiendisq; & adseruandis, & rur-
 sus cum usus exigit aut postulat & urget natura,
 promendis comparata sunt. Et secernuntur illa
 præcipue, quæ si detinerentur intra uenas, pror-
 sus corrumpentur, quod uel iam ante plus quam
 par est adusta sint, uel tali sunt natura, ut quan-
 quam crudæ, ob crassiciem tamen & ariditatem
 ulteriorem coctionem sustinere nequeant, aut pro-
 tinus morbos parerent toto corpore occupato aut
 certis partibus.

Hepate itaq; incumbente in expulsionem toti-
 us massæ elaboratorum succorum, & mouente o-
 mnes ad exitum, folliculus fellis ad se rapit flauæ
 bilis partem dilutiore ac clariore flauedine co-
 lorem Sandarachæ effingentem, quæ est, ut Gale-
 nus inquit, διορ τὸ ὀπίκτερον καὶ συγκαυθεῖ π τῆς
 ἱεροφῆς, ἀλλὰ λεπτόν καὶ ὑγρόν καὶ ῥυτόν, &
 Q 3 haurit

DE PRÆSAGIIS

haurit hanc ijs meatibus, qui ab altero bifurcati colli ipsius ductu in aliquot ramulos dissecto, sursum ad hepatis medium prorepunt ac uenæ portæ ramulis commixti, ab usu προὶ χοληδόχοι nominantur. Vocant hunc humorē Galenus ueterum medicorū exēplo χολῶ ἀπλῶς et ξάνθῳ χολῶ, ἢ πύρρον χολῶ, ἢ πικρόχολον χυμὸν, quandoq; et ὤρρον χολῶ. Altera flauæ bilis pars mitior ac benignior, ruboreq; florido ac diluto ἢ consistentia sanguini similior, μύσση πυρῶδης ἐχέτω γεφυνηκλῆν, ut Galeni uerbis utar, non detrahitur sanguini in ea separatione, sed spargitur cum sanguine in totum corpus. Vocat ἢ hanc ξανθὸν χολῶ ἢ ἔρυσθρον quandoq; et πύρρον. Sed minus uista est priore, minusque crassa ac tenax, ἢ ad ruborem propius accedit. Succus Melancholicus, qui est uelut ἕσθη σαθμὴ καὶ ἴλυσ ἢ ἔνξ sanguinis, splene hauriente refunditur ex hepate in caudicem uenæ portæ. Vnde per propagatas ex eo ἢ innumera sobole mirandoq; contextu ἢ implexu in lienis digestas corpus uenulas, intra ipsum lienem conuehitur. Vbi calore splenis amplius ceu maceratur, donec exprimatur inde, quo ille reficitur. Attrahitur autem in splenem de succo Melancholico ut Galenus ait, ὅσον ἂν αὐτῆς ἰκάνως πᾶχυ καὶ γεῶδες μὴ δέξηται καλῶς πλὴν ἐκ τῆς ἐμφύτης δορμασίας ἀλλοίωσης, quod satis

satis crassum nondum à calore subactum est et im-
 mutatum. Vocaturq; tum μέλας tum μελαγ-
 χολικός χυμός, tum μέλαρ αίμα. Reliquum
 eiusdem succi, τὸ μὲν μεξίως πᾶχυ σὺν τῷ
 κατεϊσγαδῷ, πάντη φέρεται, id est, quod mode-
 rate crassum et attenuatum est aliquantulum at-
 que elaboratum, cum sanguine in totum distribu-
 itur corpus eodem cum priore nomine, phlegma,
 ut ex Galeno ante dixi, γίνεται ἡ πῶ πρῶ-
 τῶ πέψιν ἐν τῇ γαστρῇ, et in hepate ex altera
 coctione adipiscitur gustum obscuræ dulcedinis,
 unde et γλυκὸν uocatur. σωμαφαφέρεται δὲ
 τοῖς εἰς ἡπὶ ἀναδιδόμυσις, καὶ αίμα τῶσις
 πεπτόμωρον αίμα γίνεται. τὸ δὲ ὑπερπῶ-
 μωρον ἐν τοῖς κατὰ πῶ γαστέρα χωρίσις ὑπό
 τῆς καταρέσσης ἐξ ὑπατος χολῆς ἀκρῶς πῶ-
 μωρον ἐκκρίνεται διὰ τὰ κάτω τῆς γαστρῆς Hoc
 non excernitur in aliquod peculiare receptacu-
 lum, sed unā cum sanguine et reliquis flauæ bi-
 lis ac succi melancholici partibus in riuulos à ue-
 na caua gibbæ regioni hepatis insitos effunditur,
 indeq; in caudicem et huic proxime coherentes
 uenas paulatim transfertur, in quibus absoluitur
 αἰματώσις, quæ non est à χυμώσι disticta co-
 cctio, sed quod in singulis humoribus ad elabora-
 tam ac consummatam coctionem expurgationem-
 que deest, qui sanguinem comitantur, ipsiq; san-
 guini, hoc complet, et uelut fundamenta iacit et

DE PRÆSAGIIS

inchoat coctionis ultimæ. Inest enim singulis humoribus, præter ea quæ prima secretionem detrahuntur, multum adhuc tenuis & serosi liquoris, qui nulla coctione densari in soliditatem nutritioni conuenientem potest, et quidem plurimum phlegmati, minus sanguini, minimum melancholico succo & flauæ bili. Inest & terreum aliquid, quod nisi summoueretur, ueram exactamq; coagulationem & consolidationem nutrimenti esset impediturum. Idcirco αμαρτωσις & quæ in uenis hepatis propinquis fit coctio, ulteriore immutatione exactius addensando humorum consistentiam, expurgandoq; seclusa ac decisa recrementa absoluit hoc defuit. Excrementum serosum tenuis & fluidum de singulis expressum humoribus substantiæ solidatione, ιχῶρες constituit. Crassius ὤμορ χυμὸρ. Cuius quidem pars maxima à crassiore phlegmate & succo melancholico, minima à bile: ut serosi liquoris pars maxima à phlegmate & bile, minima à succo melancholico: Vtriusq; pars aliqua & mediocris pro temperamenti ratione à sanguine secernitur. Ιχῶρες omnium humorum post secretionem confusi ὄρρον seu ὄρρον ἢ ὄρρον πῶδες πῶδες ἢ ὄρρον gignunt, id serum est seu serosum excrementum. ὤμορ χυμὸρ in excrementum illud subigitur, quod in urinis hypostases & ἰσχυρὰ μὲν parit.

Cum itaque expedita est αμαρτωσις in gibb

ba regione hepatis, eijcitur in caudicem uenæ ca-
 uæ, quidquid adhuc humorum confusum et mixtum
 fertur. Hinc renes per uenas emulgentes cum ali-
 qua sanguinis parte attrahunt ad sese serosum li-
 quorem cum recremento humoris crudi, idque
 transferunt in sinum priorem ex duobus illis, qui
 in substantia renum exculpi sunt, ibi quod puri-
 us est & nutritioni aptius uirtus renum elicit, ut
 eo nutriatur. reliquum ceu colando per poros
 carneæ substantiæ excernit in alterum sinum, ex
 quo permeatus $\delta\upsilon\pi\kappa\tau\acute{\eta}\rho\alpha\varsigma$ nominatos illud destil-
 lat in uesicam, cedentibus introrsum membranu-
 lis, quæ ad $\delta\upsilon\pi\kappa\tau\acute{\eta}\rho\omega\pi$ orificia uesicæ attæctæ, ubi
 defluxit urina, subito resultu complicatæ id rur-
 sus obstruunt, tam arctè quidem, ut regei in eos-
 dem meatus nihil possit. Vocatur totum hoc ex
 seroso humore & contentis confusum excremen-
 tum, quod in uesica colligitur urina, quæ quod
 acridinem habeat suam & salsedinem ex humo-
 rum natura, de quibus exprimitur manifestum
 est. Idem autem fit in grandioribus & primo
 exortu uenæ cauæ connexis ramis, quod intra cor-
 pus hepatis. Vltiore enim coctione præparan-
 tur humores ad ultimã elaborationem.

His absolutis in hepate & grandioribus uenis,
 traducitur nutrimentum sanguineum paulatim
 ad tertium focum, trahentibus quidem id ui na-
 tiua membris ipsis, adiuuantibus uero distributio-

DE PRÆSAGIIS

nem uenis ope fibrarum, quibus contexta ipsorum corpora constant. Focus huius coctionis est in ijs uenis, quæ membris singulis adducendi & suppeditandi nutrimenti causa insertæ sunt. In hac coctione quod halituosum est & tenue, continuo effluxu per poros cutis elabitur ac diffluit, quod crassum, uiscidum, terreum, κνίωδες, per eodem egestum ceu expanditur in cutem & ob lentorem adherescit, fitq; inde quod uocatur ζῶμα, quod λιγνῶδες in ijs, quibus textura corporis solidior est compactiorq; in partibus aliquibus fit materia capillorum, horum ceu radice angustioribus & compressioribus poris cutis inherescente, & ipsis coalescentibus ex connexu halituum, expressisq; impetu & copia succedentium & adnascentium continue. quod aqueum est & tenue, interea dum intra uenas adhuc commoratur, cum ea humiditate, quæ membris conformata ea proxime nutritura est, constituit humiditatem, quam Galenus nominat ὑγρότητα κατὰ τὰς κνίωδες ἀρτηρίας καὶ φλέβας τὰς ἰδίας ἐκείνης τῶν μορίων σωματικῆς. Auicenna humorem inominatum. Huius humiditatis ubi excidit uenis, pars illa quæ membris & attemperata est & respondet ac congruit qualitatum forma, & talis est, ut in membri soliditatem cogi possit, appositum membri, affixum, concretumq; ita nutrit eas ut in earum abeat & uertatur substantiam, uocaturq;

τυρῆ; ante accretionem à Galeno οὐκ εἶα τροφή,
 ἢ ἢς ἔφετε τὰ μόρια. περιέχεται δὲ κατὰ
 πάντα τὰ τοῦ ζῶος μόρια δημοσιωδῶς ἐν αὐ-
 τοῖς περιεπαρῶν: Ab Auicenna cambium. Post
 nutritionem σύμφυτος ὑγρότης à Galeno ἔ
 σύμφυτος ἰκμάς: Ab Auicenna, Gluten. Pars
 altera περιττώμα est utile de ultimo alimento san-
 guineo, ultima coctione peracta relictum in poris
 membrorum, quod ob tenuitatem densari in soli-
 ditatem partium, ideoq; nutrimentum fieri ne-
 quit. Estq; duorum generum. Vnum singulari pro-
 uidentia ἔ dispensatione Architecti ἔ coacer-
 uatur maiore copia ἔ conseruatur ad certos u-
 sus alijs destinatos in certis partibus, non perpe-
 tuo, sed certa descriptaq; periodo, quæ uiribus et
 constitutioni partium congruit, ut semen in testi-
 bus ἔ πασάταις generationis causa: Lac in
 glandulis mamillarum ad nutritionem foetus: Sa-
 liua in glandulis faucium ad linguæ ἔ musculo-
 rum uiciorum rigationem: uiscidus humor in
 reliquo glandularum genere: humiditas de qua
 coit ἔ concrescit adeps ἔ pinguedo ad mem-
 branarum inuolucra. Alterum in singulis parti-
 bus colligitur proportione ad usus seruiētes ipsis
 partibus, ut spumofus humor, qui continetur in
 pulmone: glutinosus humor in compagibus arti-
 culorum: medulla in cauernis ossium, quas σπῆ-
 γαῖς uocant. Deniq; in singulis partibus cor-
 poris

DE PRÆSAGIIS

poris talis aliquis congeritur ex ultima coctione
 superfluous humor, qui quidem non nutrit mem-
 bra, fit tamen calori præsertim extraneo & fe-
 brili pabulum, quod et humectando membra, pro-
 hibet consumptionem insitæ humiditatis. Hic hu-
 mor Galeno est ὑγρότης ἐν ταῖς μεταξὺ χῶ-
 ραις τῶν σωμάτων ἢ μὲν ἢ τοῦ κωλύσαι ξη-
 ραθῆναι σφοδρότερον τὰ ὁμοιομορῆ ἢ τοῦ ἐν
 ταῖς μεταξὺ χῶραις τῶν σωμάτων ἔωτε γ-
 γαρ καὶ ἀνεξάνει τὴν ὑγρότητα, τῆς τῶν ὑγρῶ-
 νόντων μετέληφε προσηγορίας. Avicenna
 Rorem uocat. Citius autem & facilius sangui-
 nea nutriuntur membra quam spermatica, quod
 citius multo & facilius atq; expeditius, ac minus
 aut crebris aut uehementibus mutationibus san-
 guis in carnosarum partium quam uere solidas-
 rum seu spermaticarum soliditatem duratur.

Hæ igitur sunt humorum differentie secun-
 dum coctionum gradus & discrimina. Cum autem
 calor naturalis temperatus et materie ἀνοξε-
 λογος peragit & absoluit in singulis coctionibus
 quod intenditur, fit τῆς πέψεως ea species, que
 ἐψυσις uocata calore humido conficitur, eximitur
 que illa humorum discrimina que recensuimus.
 Si intendatur supra modum mensuramq; nature
 conuenientem, & acris fiat atq; urens, ὅπῃ κρη-
 efficit ustulata ac uelut assata materie. Quare
 tunc & melancholica terrea & biliosa ignea
 cum

cum crassicie & lentore, quem acquirunt, ceu ignescunt & acuuntur, fiuntque δακνώδη καὶ διαβρωτικά: Sanguinis partes tenuiores in flauam bilem, crassiores in atram permutantur. Phlegma aut acredinem et salsilaginem contrahit cum lentore, si putredo accedat, aut solam tenacitatem uiscidam & glutinosam, si putredo absit. Rursus si calor imbecillior sit iusto, ἔψκσιρ non assequitur, Degenerat itaq; coctio in μὀλωσιρ, qua coacernatur in uenis plurimum ἰχώρωρ & crudi succi crassioris. Non enim cum sicco humidū iusta subactione recte commiscetur, nec in coalitum solidum redigitur, sed aut temere sparsum in partes siccas sine coalitu firmo fluitat, aut non ita illi iungitur ut complexu connexuq; firmo soliduq; & membris proportionate adaptato ambo cohaerescant & coalescant in humiditatem opportunam nutritioni. Redditur itaq; tota massa sanguinea impurior, fluidior, pallidior, frigidior, & inaequabilior. Neq; conueniens fit nutritio, sed corpus inflatur & uelut in tumorem attollitur ὀδμηματώδη, laxum, mollem, liuidum aut pallidum, qualis est καχεκία, aut ὑδροπικία, sicut cum fit ὀπκσιρ humorum, corpus marcescit & exarescit, ex nutrimenti conuenientis defectu correptum atrophia. Tales deprauatae coctiones pariunt & cumulant succos uiciosos multiplici discrimine. Sed et ex alijs causis nascuntur succi uiciosi,

DE PRÆSAGIIS

uicioſi, ut cum calore natiuo recte temperato, citi-
bi uicioſi aſſumuntur, & alijs modis naturales ac
boni ſucci corrumpuntur. Diſtributiſ itaq; quæ
hactenus explicata ſunt in ſuas ceu claſſes, conſti-
tuemus differentias certas humorum, quæ ex nu-
trimento expromuntur.

Quidquid eſt fluidorum liquorum in corpora-
re, aut ὑγρότης eſt aut πῖττωμα. ὑγρότης
uoco humores illos, qui conformati partibus ſe-
cundum qualitates proxime uſurpantur ad nutri-
tionem, ut ſunt, chylus in uentriculo, ſanguis in
hepate, ἢ ὀμῆα τροφή in partibus ſolidis, quæ
tum ſcilicet de quolibet ad partium ipſarum re-
ſectionem aſſumitur. πῖττωματα nomino om-
nes humores reliquos cuiuſcumq; generis, quæ
ut ſuperfluum quid pars quælibet aut adſeruiat
ad uſus certos prouidentia Dei conditoris deſini-
tos, aut protinus repellit tanquam onus graue ſu-
turum ipſi & moleſtum aut noxium.

πῖττωματα ſunt aut ἢ φύσις aut πῖττωμα
φύσις. Naturalia & non naturalia. πῖττωμα
τὰ ἢ φύσις uoco, quæ in quauis coctione natu-
ra ſe recte habente & recte preparato nutri-
mento ſecernente ſuperflua, ſiunt neceſſario, ſiue
uſum præſtent aliquem corpori, ſiue nullius ſiue
uſus. πῖττωματα πῖττὰ φύσις à natura intem-
perie aliqua affecta & languente, aut impedita
quocumque modo, ideoq; deſtituente materia
coquenda

coquendam aut corrumpente gignuntur, & natu-
 ram non iuuant sed ledunt atq; affligunt. περιττώ-
 ματα ἢ φύσις aut sunt περιττώματα ἢ τί
 aut περιττώματα ἀπλῶς. περιττώματα ἢ
 τί non proprie excrementa sunt, sed superflua de
 optimo & utili nutrimento reliqua, in ipsis co-
 ctionum officinis, ubi sese hæc de attracto exacte-
 que immutato alimento satis superq; refecerunt.
 Suntq; harum tantum respectu περιττώματα, Et
 uel adseruantur in ipsis membris ad alios usus, ut
 semen, lac, uel si flagitentur à uicinis partibus
 protinus eijciuntur & propelluntur ut chylus, san-
 guis bonus ac temperatus, δίκτα ἔοφῆ. quorum
 hæc nutriunt corpus, illa generationi seruiunt &
 foetus nutritioni.

περιττώματα ἀπλῶς illa sunt, quæ simul de
 alimenti materia cum propter ipsius materie in-
 equalitatem, tum propter ἀσυμμετρίαν natiui
 caloris & necessitatem separationis multarum
 partium exprimit natura, dum occupata totius
 assumptæ massæ elaboratione eum absoluit humo-
 rem, quem nutritio exigit. Horum quedam
 sunt ἄριστα, quæ corpori conferunt & præstant
 aliquid: quedam ἀχρηστὰ prorsus eo ipso natu-
 ram & molestia magna liberant & periculo &
 incommodis, quæ mora longiore adferunt, quan-
 do quam maturrime, suo tamen & conuenienti
 tempore per eos excernuntur meatus, quos edu-
 cendis

DE PRÆSAGIIS

cendis his natura magna fabrefecit arte & idoneis in sedibus locavit. Huius generis sunt τὰ διαχωρήματα seu ὑπεπατήματα alui, urina, Mucor narium, sordes aurium. ῥύσος in cute, & similia:

ἄριστα & utilia πειτώματα aut sunt ἄριστα καὶ ἑαυτὰ, per se utilia, aut ἕλθουσιν βεβηκός, ex accidente. huius generis illa sunt, quæ etsi natura separata relegat aliquo, & promouet ad maturam expulsionem, tanquam per sese non idonea ad nutritionem aut alium usum corpori necessarium, usurpat tamen ipso expulsu ad maturandam egestionem superfluatorum et nature actiones iuuandas aliquo modo. Si phlegmatis, quod est primæ coctionis excrementum, pars illa, quæ lateribus uentriculi & intestinorum lentore suo illita adhæsit, ita inungit ea, ut propter lubricitatem aridioribus, chyli partibus pateat transitus expeditior. Talia sunt illæ partes χυμῶν, quæ in secundæ coctione à sanguine separantur. Flaua bilis, ex folliculo fellis per πόςος χολαγωγός ab altero bifurcati colli meatu propagatos, demittitur in intestina, cum ut excernatur unà cum alui fecibus, tum ut abstergat amaritudinem, quod de uiscidioribus phlegmate intestinis adhæsit, ne copia aut etiam uias intercludat, aut putrescat, tum ut acridine pungat uellicet et extimulet intestina ad exclusionem excrementorum. Melancholicus succus

cus tenuiore sui parte nutrit splenem. pars crassior partim in uentriculum effunditur, ut acerbitate contrahendo ac ceu corrugando tunicas uentriculi roboret uim retentricem ὡς τοῦτο: frigidityte excitet & intendat appetentiam cibi: & deinde cum chylo eijciatur: partim regurgitatur in intestina ut cum excrementis egeratur, praesertim si auctus copia maiore irritet naturam ualidam pondere suo. Resferri huc possunt & liquores qui ex densatis nati uaporibus rigant cerebrum & somno materiam praebent. tum ultimae coctionis aquae superfluitates sparse in membra humectationis causa, ut his foris etiam uelut dulci gratoque rore imbutae perpetuo madeant.

Ἔστι τῶν κατὰ τὴν ἰσχυρὰ καὶ εὐατὰ sunt, quae non ad expulsionem naturae destinatae, sed ad nutritionis aliquam partem peragendam & plures alios usus praestandos. Ut sunt massa sanguinea χυμοὶ reliqui praeter sanguinem, qui non secluduntur, sed cum sanguine mixtim in totum feruntur corpus, quorum usus praecipuus est, ut cum sanguine nutriant, bilis quidem membra biliosa, ut pulmonem: phlegma partes phlegmaticas, ut cerebri, medullam dorsi, neruos: melancholicus humor partes aridiores & terreas, ut ossa, charitilagine, ligamenta. Praestant uero & alios usus corpori. Flaua bilis incidit lenta, attenuat crassa, detergit & uelut abradit glutinosa, dissipat, penetrat,

DE PRÆSAGIIS

netrat, aperit meatus, acredine commouet uirtu-
tem expultricem. Melancholicus humor reddit
sanguinem densiorem, sistit, astringit, adiuuat re-
sistentiam. Phlegma ceu nutrimentum est san-
guinis. Fit enim ex eo sanguis, cum paulatim ma-
gis magisque coquitur, diluit ac fundit sanguinem,
prohibet ne efferuescat, & si ferueat, ardorem
mitigat ac restinguit.

πῆξι τῶν ματῶν πρὸς φύσιν sunt omnes corrup-
ti humores, siue quantitate sola modum mensu-
ramque à natura præscriptam excedant, siue qua-
litate peccent, siue utroque, seu putrefactione mu-
tentur in alterius humoris speciem, aut toto gene-
re diuersam & præter naturam, aut non quidem
præter naturam toto genere, diuersam tamen à
priori & ea, quæ secundum naturam est, specie.
Nec usui sed oneri damnoque sunt corpori, mole-
stiamque adferunt & morbos cum uita discrimi-
ne, nisi mature tollantur & extirpentur. Cor-
rumpuntur autem humores duobus modis. Primum
ut Galenus inquit ὅταν αὐτοὶ μόνοι ὄντες ἢ
ἀκριτοὶ ἀείκωνται εἰς δυσκρασίαν, ἢ φθορὰν
χωρὶς τοῦ ἑῶν ἄλλω τινὰ χυμῶν πλεονε-
κτῆσαι ἢ ἐπίμιξαι. efficiente uel intemperien-
calore aut ardentiore iusto, aut languidioris, uel
corruptionem alieno, in uno aliquo pluribusue
humoribus impermixtis, quo fit ut in aliam trans-
seant speciem uel toto genere præter naturam,
uel

vel sola qualitate. Alter modus quo uitiuntur hu-
 mores, est διὰ πλεονεξίαν ἢ ἐπιμίξιμ πῶ ἢ δὲ
 φθορομυῶν χυμῶν, ἢ τοι ὀρῶν καὶ ἰχώρων,
 ἢ γὰρ φυσῶν πνυμάτων. Sunt itaq; πῶ πρὸς
 φύσιν πρὶ τωμάτων duo genera. Vnum eorum,
 quæ sunt uel quantitate sola, ut in πλεονῶσα uel
 qualitate uel utroque ut in κακοχυμία præter
 naturam, alterum eorum quæ toto genere sunt
 præter naturam, quo refero omnes corruptorum
 humorum differentias, quas natura non intendit
 primo & per se, sed ex consequente & per acci-
 dens, non ad usum aliquem corporis, sed ad com-
 modiores expulsionem, siue assequatur quod ten-
 tat, siue deficiente ipsa aliquid prorsus uiciosum
 & corruptum euadat. Est enim μεταβολὴ tri-
 plex in humano corpore. Vna ἀπλῶς ἄσκησι,
 quæ efficitur à calore natiuo, qui non prostratus
 est, nec impar humido, ut ἀπέψις. Altera est
 ἀπλῶς μοχθηρόν, quam efficit alienus calor &
 πρὸς φύσιν, ut σκωδῶν. Tertia ἡμιμοχθη-
 ρος est, quam efficit natiuus partim, partim alie-
 nus calor, ut cum sit ἐκπύκνσις debita, & excocta
 sunt πέρην seu matura, sicut ab Hippocrate uo-
 cantur.

Sed ut rectius intelligatur omnium mutatio-
 num ratio, quæ humoribus accidunt, distinguemus
 illas, causis efficientibus, subiectis & effectibus.
 Omnis quæ humoribus accidit mutatio, scilicet

Rr 2 qua

DE PRÆSAGIIS

quæ speciem mutat aut accidentariam aut ὀυσίωσις
 δὴ, est uel ἀλλοίωσις uel μεταβολή. Nam quæ
 procedunt aut ἀνέξισις humorum aut depulsiō-
 nes uel translationes ex sedibus definitis, ac desti-
 natis ad alienas, ἀφορμαὶ tantum sunt ad sequen-
 turas mutationes. ἀλλοίωσις qualitates illæsa
 substantiæ: μεταβολή ἢ substantiam ἢ qualita-
 tates mutat. Vtraq; duplex est una κατὰ φύ-
 σιν, altera πρὸς φύσιν. ἀλλοίωσις κατὰ φύσιν
 fit in coctionibus secundum naturam. μεταβο-
 λή ἢ πρὸς φύσιν fit in iusta ac debita nutritione.
 ἀλλοίωσις πρὸς φύσιν fit in coctionibus abena-
 rantibus, cum calor uel acrior est ἢ urentior in-
 sto, uel hebetior ac remissior, aut per sese ac sua
 natura aut respectu materiæ, in quam incumbit
 ἢ agit. μεταβολή πρὸς φύσιν accidit humo-
 ribus ἢ in ipsa nutritione, ἢ ante nutritionem
 intra uel extra uenas, cum mutatur humoris sub-
 stantia in speciem alienam à natura ἢ non usui
 futuram corpori, idq; perficitur uel ab alieno
 calore solo in humore aut non uicioso, aut quali-
 tatibus degenere intra uel extra uenas: uel à na-
 tiuo, aut in humore uicioso ἢ tali, qui ad habitum
 naturalem ἢ corporis usum nulla emen-
 datione reduci potest intra uenas, uel non tali ali-
 quo aut etiā non uicioso, sed extra uenas in locum
 aliquem præter naturam detruso: uel ab utroq;
 calore in utrovis humore. Huius ergo μεταβο-
 λή

Aug. τῶν φῶσιν tres sunt differentie. Prima est
 corruptio caloris natiui in humido proprio ab
 alieno et extraneo effecta calore, quam σὺψιν uo-
 cant & σὺψεδ'όρα. cum humor uel integer &
 secundum naturam se habens, uel iam affectus ui-
 cio aliquo in suo & à natura determinato loco,
 uel extra hunc in alieno, à calore circumuentus
 alieno & extraneo, uel dissoluitur prorsus ac
 dissipatur, uel in humoris alieni aut alterius rei
 præter naturam speciem conuertitur. In hac
 mutatione nulla est natiui caloris actio, sed tota
 absoluitur & completur ab alieno calore, qui est
 præter naturam & igneus, ac diuellit, dissipat &
 destruit mixtum, sicut contra natiuus idem sus-
 tentat tuetur & conseruat. Altera est quam Ga-
 lenus dicit esse ἡμμοχθισμὸν μετὰ βολῶν &
 uocant ἐκ τῶν σπινθῶν seu suppurationem, cum calor
 natiuus fortis est & ualet, sed humorem adipisci-
 tur intra uasa, qui ob magnitudinem uicij & ma-
 litiæ nulla coctione ita emendari potest, ut fiat
 utilis ad nutritionem, aut cum bonus & nulli ui-
 cio obnoxius humor elapsus definitis ac destinatis
 à natura sedibus ac limitibus incipit occupari &
 corrumpi ab alieno, sed corruptionem impedit ui-
 & efficacia sua natiuus calor. Tales humores
 non proximus destituit & alieno calori occupan-
 dos relinquit calor natiuus, sed cum uigeat, ex-
 peritur contra alienum uires suas, hunc inde eli-
 surus

DE PRÆSAGIIS

surus & prohibiturus corruptionem, & utrumq;
 ad usum aliquem conuersurus iusta elaboratione,
 quod cum assequi nequeat, impeditus in hoc quia
 dexe conditione alieni & natura discrepantis loci,
 in quem præter naturam humor deuolutus est,
 & lucta cum calore alieno: in illo autem tabe &
 uicio, quod humori inest, & aduersatur ac repugnat
 actioni caloris, inducit tamen utriq; speciem
 quam accommodatissimam expulsionem, & quoad
 eius fieri potest naturali similem, ut sine offensio-
 ne insigni sineq; detrimento eijciatur. Habet enim
 semper aliquid coctionis hæc mutatio, & si
 scopum ad quem natura tendit, assequi non potest.
 Tales sunt mutationes, quibus qui in abscessibus
 & ulceribus continentur humores, uertuntur in pus
 laudabile album, crassum, æquale, leue, non foetidum,
 & qui in uenis excoquantur humores putridi in
 excrementum puri simile, quo est sedimen in urinis
 album, leue, æquale, pyramidis figura conglobatum
 in acumen, post febres maxime. fit enim in febribus
 analogos suppurationi ulcerum uelut interior
 suppuratio, cum natura uincens humorem putredini
 obnoxium non prorsus destituit, sed subactum coquit
 aliquantulum, exæquat & excutit. Et uerissima ac
 certissima putridarum febrium distinctio petitur ex
 ipsa humorum natura & his tribus gradibus
 τῆς φύσιν μεταβολῶν. Tertia differentia
 com

componitur ex utraque precedente simplici, & varia est ac multiplex, pro ut calor alteruter natiuus uel alienus plus minusue aut uiget aut languet altero, & materia est aut deterior ac contumacior, aut melior & obsequentior calore natiuo. Hæc mutationum discrimina considerari necesse est. Voco itaq; πρῆτῶματα παρὰ φύσιν sola qualitate, ea quæ ἀλλοίωσις παρὰ φύσιν significat: & toto genere παρὰ φύσιν nomine, quæ parit & producit ἢ παρὰ φύσιν μεταβολῆ. Horum quedam prorsus sunt aliena à natura, ut differentie corruptorum putredine humorum καὶ σηπιδόνωδων μισματων ἢ σαρμάτωρ in febris, & ἰχώρων καὶ γυπῶν in ulceribus, uulneribus, fracturis, contusionibus, quas simplex uera & absoluta putrefactio efficit, & in abscessibus ἀθροωμάτων, σεατομάτων, & μελικριδων genera, itemque illa intra corpus monstrose nasci consueta, uermium & lumbricorum, capillorum, carbonum, ac similibus genera. Quedam non prorsus sunt præter naturam, sed aliquid habent coctionis, & aliàs plus, aliàs minus, ut pus & in uenis illud, quod puri simile est, quæ ob eam, quam adipiscuntur speciem alienam ab ornatu ultimo, quem natura molitur, sub hoc genere colloco.

πρῆτῶματα ergo παρὰ φύσιν, quæ solis peccant qualitatib. primis uel secundis, uel utrisq;

DE PRÆSAGIIS

simul, aut seruesacta plus nimio ac ceu assata, aut
 perfrigerata ex cruditate nec satis percocta, aut
 extenuata nimium, aut densata, aut lentore & ten-
 acitate affecta aut salsedine imbuta. Talia, in-
 quam, omnia duplicia sunt sicut & priora, que
 toto genere $\omega\alpha\pi\acute{\alpha}$ $\phi\upsilon\sigma\iota\sigma\iota$ esse diximus. Quædam
 enim $\acute{\alpha}\mu\iota\gamma\mu\alpha$ sunt $\kappa\alpha\iota$ $\pi\acute{\rho}\omicron\varsigma$ $\acute{\alpha}\iota\omicron\delta\eta\sigma\iota\upsilon$ $\delta\mu\omicron\iota\omicron$
 $\mu\omicron\delta\eta$, id est, impermixta & ad sensum similia.
 Quædam $\kappa\epsilon\kappa\mu\iota\mu\iota\alpha$ sunt $\kappa\alpha\iota$ $\pi\acute{\rho}\omicron\varsigma$ $\acute{\alpha}\iota\omicron\delta\eta\sigma\iota\upsilon$
 $\acute{\alpha}\nu\omicron\mu\omicron\delta\eta$ & $\acute{\epsilon}\mu\iota\mu\tau\alpha$, id est mixta consu-
 saq; & ad sensum dissimilia. $\pi\acute{\rho}\iota$ $\acute{\alpha}\mu\iota\gamma\mu\alpha\tau\omega\upsilon$ primo
 dicemus. $\acute{\alpha}\mu\iota\gamma\mu\alpha$ $\pi\acute{\rho}\iota$ $\eta\acute{\omega}\mu\alpha\tau\alpha$ circa admixtio-
 nem alterius seu humoris seu flatulenti spiritus
 generantur in corporibus à calore uel intenso uel
 debili per sese, aut materia ratione, & $\delta\upsilon\sigma\kappa\alpha\sigma\iota$
 $\sigma\iota\alpha$ degenerant.

In prima coctione chylus corrumpitur, cum
 uel ab aestu uentriculi uelut torretur, uel ob lan-
 guorem cum frigiditate coniunctum non perco-
 quitur. Huc recte referri existimo humorem
 uiridem porri colore, qui in uentriculis puero-
 rum maxime & adultorum etiam nasci ac colligi
 consuevit $\delta\iota\acute{\alpha}$ $\lambda\upsilon\omega\upsilon$ $\acute{\alpha}\pi\epsilon\psi\iota\alpha\upsilon$ $\acute{\epsilon}\delta\epsilon\sigma\mu\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon$, ut
 sunt oleracei generis beta, brassica, cepa, allium.
 Vocant hunc à colore $\pi\acute{\rho}\alpha\sigma\omicron\epsilon\delta\eta$ $\chi\omicron\lambda\omega$ seu bis-
 lem porraceam, cum bilis corruptæ species pro-
 prie non sit, sed corruptus chylus in uentriculo,
 & quidem ex mala coctione existat, sicut inquit
 Galenus

Galenus, τὰ πρᾶσοειδῆ μόνους τοῖς κακῶς πέ-
 ρασιν ἐν τῇ κοιλίᾳ γινώσκει. Ex eadem coctio-
 ne procedunt, discrimina pituitæ non naturalis, ἔ-
 τισις ἐλαίνης καὶ μύξος itemq; πύελος, id est
 mucoris narium ἔσπυτι, cum hæc excrementa
 iusta crassicie destituta, aut nimis tenuia fiunt, si-
 mulq; aut insipida, aquea, aut salsa acria, aut ni-
 mis lenta ac uiscida. Si enim langueat uentricu-
 lus nec bene claudatur, aut oneretur sarcina cibi
 uel potus grauiore quam pro modo uirium, eue-
 hitur in cerebrum magna copia crudorum hali-
 tum, qui frigiditate densati liquefcunt. Quod si
 adest tunc calida intemperies in cerebro, quod
 de his uel halitibus uel liquoribus paulo crassius
 est, mora longiore ex alieni caloris impressione
 lentorem contrahit ac uisciditatem. γίνεται ὅ-
 γλιχρότερη ἐν τῇ πλυχρονίᾳ μόνῃς ἐν δορμῶ
 χορίῳ τῷ φλέγματος Quod de iisdem tenuius
 est ἔσ calidius adurit et salsedinis saporem ac-
 quirat ex adustione.

In secunda coctione, ut χυμοὶ distinguuntur,
 ita si coctio non fiat talis, qualis esse debet, iidem
 corrumpuntur, quibus si nihil admisceatur alieni,
 fiunt differentie τῶν ἀκρατῶν χυμῶν παρὰ
 φύσιν. Flauæ bilis τῆς ἀκράτης species corru-
 ptæ causam habent omnes δορμῶν δ' ἀυχμικρῶν
 καὶ πρῶτες ἔσ φλογῶδες. Suntq; uelut ex-
 tremæ eius species flaua bilis ἔσ exquisite atra.

DE PRÆSAGIIS

Reliquæ ut Galenus pulchre dicit, ὄριον ὀδοιτι-
 νες εἰσι τῆς πῦρός τῶν ῥυτίσεως καὶ εἰς ἄλλῃ-
 λα μεταβολῆς. Flava bilis enim si uelut affata
 ueteriore coctione fiat crassior & lenta magis ac
 tenax, colore uero exquisite flava seu ex pleniore
 ac densiore flauedine uelut ruffescens, degenerat
 in eam, quæ λεκιδώδης nominatur, quod ouo-
 rum uitellis colore, consistentia, et crassicie non sit
 absimilis. Crocea uocatur à nonnullis, de hac
 Galenus inquit. ὑπεροπτηθεὶς ξανθὴ χολὴ γίνε-
 ται ἐξ ἄνωξ ξανθὴ καὶ πυρρώδης καὶ πᾶχος
 ταῖς πῦρός ὅμοια λεκιδώδης. Vitellina uero
 amplius uirescit flauedine ex adustione subnigres-
 cente & crassescit. Vocatur autem πρᾶσοειδής
 quod similis sit τῷ πῦρος λαχάνων χυμῷ, id est,
 succo expresso ex uiridi planta allij aut aliorum
 olerum, cui uiredo inest obscura & nigricans.
 De hac inquit Galenus, quod in uenis generetur,
 indeq; in uentrem confluat aut inferiorem aut su-
 periorem, & perpetuo calorem alienum & præ-
 ter naturalem indicat. Intercidit ergo inter uis-
 tellinam & æruginosam media, per quam in hanc
 illa degenerat. Æruginosam sicciorem est tenaciorq;
 colore & consistentia, ut Galenus inquit, ὄριον ἐ-
 τὶς ὑδάτι δέυσθαι ἰὸν τὸν ἄριστον, ὡς γινέσθαι
 σὺν ἄσπιρ δὲ ἀμφοῖν σφραῖς πᾶχος προσεοικῆ-
 ἄρ καὶ ὄριον ἄκριθης ἰὸς ὀνομαζόμενος ἐν-
 ἀνθίσστος. Quare ἰωδής uocatur ὡς τῶν

ἢ ἰσῶμοιζοῦς, quod ærugini dissolutæ ac dilu-
 tæ aqua modica & bene trita commixtæq; colo-
 re sit similis & consistentia. Hæc rursus ultiore
 & uehementiore adustione demigrat in χολῶν
 ἰσῶδῃ, in qua iam ob nimiam deustionem ui-
 redo ceu obfuscatur & denigratur. Vnde &
 φαῖα id est, fuscæ, & ἰσῶδῃ uocarunt, πρὸ
 τῶν τῆς ἰσῶδος τῆς γλαυκῆς χροῖα, à ceru-
 leo s'atidis colore, qui ex uiredine obscura &
 languescente in ceruleum nigricantem declinat.
 Antecedit autem hæc proxime exquisite atram, et
 inchoatæ fuscædinis notas euidentes habet. Ideo
 Galenus de æruginosâ bile inquit, declarans mo-
 dum progressumq; adustionis continuæ, donec ad
 assationem & denigrationem ultimam deuenia-
 tur. ἢ ξανθὴ χολῆ πρῶτον μὲν εἰς τὸν ἰσῶδῃ
 ἔπειτα χυμὸν. ἔπειτα εἰς τὸν μέλανα.
 Ultima ergo flauæ bilis corruptæ species est ex-
 quisite atra, de prioribus completa adustione pro-
 pagata, quæ quidem consistentia & colore atrum
 picis nitorem refert, sed uiribus & effectû peior
 longe est altera, quæ de melancholico succo ad-
 usto fit. Multo magis enim & uehementius ro-
 dit, exulcerat, lacerat inflammat quam altera.
 Propterea & Galenus hanc dicit esse χαλεπο-
 τᾶτῳ. Tot sunt differentiæ corruptæ bilis τῆς
 ἀκρᾶτῃ.

Sanguinis naturalis sic proprie dicti et distin-
 cti

DE PRÆSAGIIS

Et à reliquis coniunctis ipsi humoribus, duo sunt
 genera in corporibus. Vnum ex hepate haustum
 uehunt deducuntq; in reliquum corpus propagi-
 nes uenæ causæ διορ ὀχετοὶ ὑνές, estque ἐπιπόρ
 πλὴν ῥοίαν καὶ ἰσχυρῶς πᾶχυ καὶ ἰσχυρῶς. Al-
 terum ex sinistro cordis thalamo corde constricto
 in caudicem aortæ infusum, arteriarum inde de-
 riuatarum riuulis distribuitur in reliquū cor-
 pus, estq; ξαυθὸρ, λεπθὸρ, λεπθόμορῶς, πᾶχυ
 ματῶς καὶ δόρμῶτατορ. Corruptur au-
 tem hic naturalis sanguis citra admixtionem ali-
 terius humoris, cum aut frigidior redditur διὰ
 ψύξις ὑνὰ ὑπόγυορ, aut calidior iusto ac fer-
 uentior ex iracundia, exercitijs, aestu solis, frictio-
 nibus, pharmacis calefacientibus, diæta tali, uis-
 uini meracioris ac uetustioris multo. Aut cum
 crassior uel tenuior, crassioris aut tenuioris nu-
 ctus, uel uehementioris aut remissioris caloris re-
 tione: aut humidior ac dilutior ex humidiorē
 uictu: aut siccior ex causis contrarijs redditur.
 Deniq; ex sua specie in aliam redigitur, cum ad-
 uisione nimia partibus tenuioribus in flauam bis-
 lem discedit, crassioribus in atram cogitur forma
 sanguinis amissa.

Melancholici succi τὰρὰ φύσιν τὸ ἀκρῶς
 duo omnino sunt genera. Vnum crudum, Alterum
 adustum. Crudum ex crudis & crassis partibus
 terreis à calore natiuo non subactis relinquuntur
 & manet crudum. Alterum adustum uel adustum
 pi

ne simplici uel putrefactione fit, cum ex crudo il-
 lo, sed à natura destituto aut melancholico succo
 naturali à calore natiuo derelicto, tum ex san-
 guine. Tertia enim speciei suum inter flauæ bi-
 lis differentias locum relinquo. Vocant autem
 hanc alteram speciem μελαύνη χολή ἀκρι-
 βής. exquise atram bilem, quæ multum differt
 à succo melancholico. Est enim succus melan-
 cholicus crassius in uenis sedimentum massæ san-
 guineæ analogon fecibus uini et ἀμοργή olei, non
 acre, nec rodens, nec acidum: multo minus fer-
 mentans terram. Hoc sedimentum, si in corpore
 conclusum moram trahat & coaceruetur, neque
 aut excernatur per patentes & conspicuos me-
 atus aut assidua ceu uentilatione diffletur, paula-
 tim aduritur & tandem putrescit. Sunt itaq; τῆς
 ἀκριβῆς μελαύνης χολῆς duæ species, aut si his
 illam addere uolumus, quam ex adustione flauæ
 bilis nasci diximus, tres. Una fit ex adustis san-
 guineis partibus crassioribus, quæ omnium est mi-
 tissima, sed paulatim quo magis uritur, fit acrior
 & mordacior. Alteram gignit adustione sui suc-
 cus melancholicus, quæ priore deterior est & no-
 centior, κατὰ τὴν σὺστασιν tenuior succo melan-
 cholico, acida, acris, rodens, nitens instar picis,
 rodens corpus & terram, & cum offunditur cor-
 pore, feruesfaciens terram atq; inflans ampullis
 multis instar fermenti. Cum hac Galenus illam ex
 flaua

DE PRÆSAGIIS

flava bili natam atram bilem conferens, inquit, ἢ
 ἐκ τῆς ξανθῆς χολῆς ὑπερποπιδμῆς χαλκῆς
 πρῶτη πωντοίως. Item, ταῦτ' ἄλλα κακῶς
 ὄσι καὶ διαβιβρώσκει τὰ μῦρια, ὅσως ἄρ' τῆς
 χοιπλῆος ἀθροισθῆναι. ἠδὲ ἑτέρας ἢ ἐκ τῆς πο
 ἄιματος, ὡς ἄρ' ἔπει τις, ἰλύος καὶ ἑυγῶς
 παχυτέρα μὲν ἐκείνης τῆς συστάσεως, πάλιν
 ἀπλεπιδμῆς τῆς μοχθηρῆς.

Phlegmatis corrupti ἔσ' παρά φνσιον multa
 sunt genera, ex quibus præcipuorum causa est pri
 ma ac per se imbecillus ἔσ' languidus calor, qui
 impar materiæ neq; initio recte coquit chylum
 in uentriculo, nec comissa primo errata, post cor
 rigit in hepate ἔσ' uenis, siue sit talis per se ἔσ' uis
 cio læsi aut sabrefactati temperamenti membro
 rum, siue respectu ἔσ' comparatione materiæ.
 Differunt autem hæc genera uel consistentiâ, uel
 sapore uel utroq; . Quantum ad σύστασιν, unum
 est genus phlegmatis ἢ ἀτῶδες λεπτόν ex im
 becilliore calore ἔσ' multo usu cibariorum humi
 diorum. Alterum est πᾶχυ, ut uideatur simili
 puri ἢ ὁμοιομορῆς, quod Galenus proprie uo
 cat ὁμορῆς χυμῶν, crassius hoc est omni alio phleg
 mate ἔσ' minus flatulentum. Minus enim habet
 aereæ humiditatis, plus sicca crassiciei terreæ
 sæpe cum urinis excernitur, prorsus puris speciei
 à quo tamen calore, consistentiâ, ἔσ' odore discre
 pat aut consistentiâ formæ fabacæ simile, coacer
 uatur

natur plurimum in infantibus & adultis ἢ ἀδ-
 δικαγίας, id est, ex ingluvie et uoracitate, ἢ ὄν
 ut Galenus ait, ῥαδίως λίθος γεννᾶται, τὸ τὰ
 μὲν ὕλης ἔχοντος λόγον, πικρὰ δὲ ἢ αἰτίς τῆς
 θορμασίας. Colligitur & in cerebro, longis cra-
 pulis & ingluvie afflicto uentriculo & cerebro
 crudioribus halitibus nimium obruto, aut si na-
 tura langueat cum uentriculo cerebrum. Ex-
 sernitur autem per os & nares, cerebro sese ex-
 onerante. ἢ περιόδοις ἕσπρι ἀτάκτοις καὶ τε-
 τὰ γὰρ ἄλλοις. Tertium genus est phlegma μύξω-
 δες, quod lentorem ac uisciditatem ex mora lon-
 giorē in longo concluso & calidiorē contraxit,
 atidemq; tam in totius corporis uenis, quam extra
 uasa in cerebro, uentriculo & intestinis congeri-
 tur, in ijs qui usitatam exercitiorum consuetudi-
 nem aliquandiu intermiserunt & in otio uixe-
 runt. Eijcitur autem uel per nares & palatum
 uel cum urina, uel per intestina, mucori narium
 tenaciori simile. Colligitur & ad articulos quai-
 doq; quoddam mucidi phlegmatis genus, quod in-
 cumbens iuncturis osium & connectentibus his
 ligamentis, laxat & extendit ea. Vocat hunc Hip-
 pocrates μύξα, de quo si partes tenuiores ca-
 lore fortiori resoluentur, reliquæ crassiores du-
 rantur in tophos, quos ὠόρως uocant. Hippo-
 crates crudum mucorem ex cerebro in nares de-
 fluentem propriè nominat βλαῖνα.

Quantum

ptum aereum humidum & calidum dissipatur at-
 que effumat, terreum aduritur, & in reliquo hu-
 mido aqueo succedit frigiditas alterans, quæ est
 causa formalis acoris seu aciditatis actu occupans
 eliso calore natiuo humidum. Efficiens causa est
 calor externus & alienus. Acidus ergo sapor in
 humoribus semper argumentum est ualde languæ-
 facti caloris natiui. Et si tale nascatur in hepate
 & uenis τέλειαν ἀπέψιαρ illarum partium de-
 notat.

Quantum ad consistentiam & saporem unum
 est genus phlegmatis, quod Praxagoras nomina-
 uit uitreum humorem, ὑαλῶδες φλέγμα, ὅτι
 τῷ ὑαλῶ κερυμλῆ προσέοικε τῷ ἄσπι καὶ
 τῷ σῦσσι, quod liquefacto & fuso uitro con-
 sistentia & colore respondet. Est autem pror-
 sus frigidum, uiscidum, & acidum, & cuiuscunque
 fuerit impactum infarctumue loco, in eo cum ob-
 structione, quam parit, ciet ingentes dolores, ut
 colicos dolores, cum intestinorum meatus obsepit.
 Etsi uero uisciditate nunquam caret, minus tamen
 est lentum aut tenax, & fusum fluitat. Viscidita-
 tem adipiscitur ex alieni caloris impressione.
 Acorem ex insita frigiditate, quæ post calorem
 aereum natiuum, qui exiguus est, exclusum suc-
 cedit.

πῶμα κερυμλῆ, quæ & ἐπίμι-
 κτα, & κατὰ κρῶσιν καὶ ἐπιμιξίαρ, & πρὸς
 ἄσπι

DE PRÆSAGIIS

ὄδιος ἢ ἀνομοιομορῆ Galenus nominat sunt ut
 diximus, quando aut cum naturalibus uiciosi, aut
 ipsi inter se uiciosi componuntur, aut utriq; com-
 plentur ac distenduntur flatibus. Varie autem
 miscentur inter se illa. Quare & mixtorum gra-
 dus sunt multiplices ac diuersi, quos neq; expli-
 carunt omnes Medici, nec suis distinxerunt nomi-
 nibus. Quibusdam attribuerunt peculiare ap-
 pellationes. Inter flauæ bilis species quedam uo-
 catur ὤχρα χολῆ, quod pallidior sit exquisite
 flaua bile, & colore referat eam terræ speciem,
 quam ὤχρα nominatam usurpant pictores &
 tinctorum, tandem & χλωρὸν χυμὸν nominant.
 χλωρὸν enim Græcis colorem utrumq; significat
 & flauedinem dilutiorem ac pallescentem qualis
 est ochræ, & uiredinem accedentem ad arugi-
 nis colorem. Remittit autem lucida & saturata
 flauedo bilis atq; in pallorem tenuatur, cum tenui
 aquosa humiditate permiscetur, quam humidita-
 tem ὑδατώδης alij, nonnulli ὀρρώδης nominant.
 Est & uocata ἐρυθρὰ χολῆ, bilis ruffa, quedam,
 consistentia ad tenuioris sanguinis speciem acce-
 dens, quam fieri uolunt flauæ bilis cum sero san-
 guinis commixtione.

Sic sanguis alius est alio παχύτορος καὶ
 μελάντορος ex melancholici succi redundantiæ
 & interfusione, cum non recte separatur. Alius
 φλεγμῶς

φλεγμάτων δὲ propter insidentem & complicatum illi phlegmaticum humorem. Alius acris acceu salsus ex admixtione falsæ serosæ superfluitatis, aut bilis adustæ, quem & ἰχθυοειδὴν uocant inde, est; δ' ακνωδ' οὐκ ἔστι δ' ἰαβερωτικὸς. Deniq; alius est ὑδατωδ' ἑσθρος ex aspersione tenuis & aquosæ humiditatis.

Et inter phlegmatis genera quoddam recensetur ἀφρώδ' εἶδος seu spumeum, quod phlegmate spiritu halituoso uelut in ampullas spumosas inflato constat, cuius αἴτιον σάβηχ' εἶδος ἐστὶ πνεῦμα φυσωδ' εἶδος inclusum illi, quod agitatione seu spontanea qua exitum querit, seu à calore excitata sese extendens, diducit illud natura lentum & sequax in ampullas. huius generis est & ἀφρώδ' εἶδος πνεύματος. Diximus etiam inter composita genera quoddam esse γλυκὴν, quoddam ἀλκυρον. Reliqua discrimina ἀνώοντα sunt.

In tertia & ultima coctione, si nutrimentum sit corruptum adustione aut putredine, Vitiliginis eam speciem gignit, quam ἀλφορ Græci, Arabes Morpheam uocant, aut pro ratione materie & adustionis ac corruptionis, ex putredine, alias etiam affectiones tetriores ac foediores, ut lepram, Elephantiasin, quam Arabum lepram esse uolunt, Morbum Gallicum & similes. Si non percoquatur, relinquit id, quod Hippocrates λιμυρὸν uocat, quæ est ἁμυρῆν ἢ ἑσθρὴν πηκτικὴν. Aliquit

DE PRÆSAGIIS

pituitam uerterunt, sed improprie. Tale fit & coaceruatur nutrimentum in anasarca seu leucophlegmatia, & accedente putredine, in uiriliginum etiam & lichenum seu impetiginum generibus. Si nimia adustione arefiat nutrimentum, fit causa τῆς ἀρσενίας. In eam enim, quæ membrorum est, soliditatem ob humiditatis defectum coqui non potest, sed uelut in cineres ustulatione redigitur. Tot sunt fere differentiæ τῶν ἰσχυμάτων τῶν ἀφ' ὧν qualitate & quantitate, quæ nisi mature à natura aut uictrice sua sponte, aut adiuta pharmacis et medicina eijciuntur è corpore, morbos pariunt, alia alios, prout in has illasue decumbunt corporis partes, aut in toto redundant atque effluunt corpore, & uel obstructione detenti aut inflammantur aut putrescunt simul, uel adustione aut putredine conuertuntur in aliud quidpiam, quod toto genere est præter naturam, ut cum ὤμος χυμὸς aut huic alius similis calore duratus in renibus lapidescit, aut ex uiscido phlegmate putredine in intestinis lumbrici nascuntur. Interdum crassiores humores & natura flatuosi, quales sunt melancholicus humor & phlegmaticus, si conclusi aliquo in loco & circumuenti calore debili resoluantur, flatuum crassiorum copia diuellendo aut distendendo continuas connexas & coherentes partes, ingentium sunt dolorum cause. Sed harum rerum tractatio alterius est loci.

Que

Quæ toto genere sunt præter naturam $\pi\eta\tau\omega\mu\alpha\tau\alpha$, ea efficit uel adustio aut uiolenta aut lenta tardaq; in materia idonea, sicut calculi generantur assatione, aut quod creberrimum est $\pi\eta\tau\alpha$ φύσιν μεταβολῆς, cuius tria constituimus discrimina materiæ subiectæ diuersitate & caloris, uel alieni uel natiui gradibus distincta. Putrefactionem omnem præcedit ξέσις quædam & ἀλλοίωσις in subiecto putrescente, quæ est ἀλλοίωσις tantum aucti gradibus caloris natiui. Putrefactio ipsa non ἀλλοίωσις est, sed φθορὰ natiui caloris ab alieno facta. Sed quæcumq; accidat humoribus mutatio, quod definire huius loci non est, quæ conficiuntur tali aliqua præter naturam mutatione, aut sunt humores, aut halitus, aut solida corpora, eaq; uel animata & uiua uel inanimata. Humorū exempla supra commemorauimus, & plura suppeditant genera tumorum præter naturam, inflammationum, herpetum, cancerorum, lepræ, elephantiasis, impetiginum, itemq; Vlcera, ut Nomarum phagedænarum, fistularum, Telephiorum & chironiorum ulcerum & alia similia. Halitus toto genere præter naturam sunt, qui in interiorum uel humorum uel membrorum putrefactionibus, ex sordidis conclusisq; humoribus forti putrefactione subactis expressi atq; editi, contagionum uirus concipiunt ac retinent, idq; uel agglutinam corpori-

DE PRÆSAGIIS

bus, in quæ impingunt, uel contactu communicant, uel ob consensionem ac sympathiam membrorum inspiratione recepti inferunt iisdem atq; insi-
gunt. Tales sunt phtisicorum, pleuriticorum, Angina laborantium aut phrenitide halitus. Tali-
lia sunt ex putredine pestilentium febrium nata contagionum semina, quæ Galenus nominat σκω-
πεδονώδη μιάσματα, & σκέρματα λοιμώ-
δη, & σκωπεδονώδεις αναθυμιάσεις, & alia
plura. Inter solida corpora animata lumbrico-
rum genera refero, quæ non in intestinis tantum, sed & abscessibus aliarum partium, inq; ipso adeo
cerebro nasci aliquando uidimus ex putredine magna phlegmatis. Inanimata sunt, pilorum, car-
bonum, arenarum & similium genera, itemq;
calculi quos non in renum lacuna tantum & uesti-
ca, sed intestinis etiam, hepate, & folliculo fellis
reptos esse comperimus. Vidimus lapides du-
os duci Friderico Saxonie Electori post mortem
exectos, quorum unus magnitudine duorum digi-
ti articulorum in rene dextro, colore subrutilo,
circumcirca uno in loco circulari ambitu medi-
camentorum λιθων ἑπιπινῶν acredine attritus
erosusq;, qua perfluxit arena: alter porraceo
colore, quantitate unius articuli in uesicula fellis
latuerat.

Cuidam amico nostro Parisijs extincto memi-
nimus grandem, cum euisceraretur lapidem e ie-
cinore

cinore excisum, quem ex phlegmatis aliqua & aliqua melancholici humoris parte coagulatum fuisse liuidus pallor indicabat. Alexander recitat exemplum de quodam, qui tussi lapidem e pulmone excusserit. Generantur autem lapides ea coctionis specie, quam ὀπίκσις uocant, calore igneo & urente ex materia magna ex parte phlegmatica cui aliquid lentoris inest & glutinis. Nam crassa arida & lentoris experta coagulari ad hunc modum calore & durari non facile possunt.

Ex his differentijs non est iudicatu difficile, quæ excrementa à sanis & recte ualentibus excernantur: quæ ab ægris & conualescentibus, neutrisue, ubi natura uincit, & uel sua ui, robore atq; efficacia natiui caloris, edomita ea atque exæquata excutit, quod fit cum simul & materiae quantitas naturæ uiribus ἀνάλογος est, & corruptio non enormis, uel adiuta ac confirmata: denique quæ ab alieno calore aut uincente aut cum natiuo luctante efficiantur, & ab ægris, aut incerta ac dubia spe conualescentiæ, aut nulla, edantur:

Sed quorsum attinet considerare excrementa? Rectè constitutas & secundum naturam affectas hæc aut contra, Lasas membrorum in quibus fiunt & coaceruantur, & à quibus fluunt uirtutes, & in iisdem conditionem natiui caloris, à quorum

DE PRÆSAGIIS

Atque actiones proficiuntur declarant, si scilicet à natura sui generis euariant, tantoque plus læsas, quanto recedunt longius. At quomodo sunt consideranda? Quæue obseruandæ sunt in illis aut constantis, aut affectæ uiciatæue uirtutis notæ? Galenus inquit, excrementa tantum $\kappa\alpha\iota\ \sigma\upsilon\mu\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\alpha$ conferre ad $\delta\iota\acute{o}\gamma\omega\sigma\iota\mu\ \& \ \pi\acute{o}\gamma\omega\sigma\iota\mu$ quatenus coctionis & cruditatis indicia præbent. Ergo in quibus consistunt illa expendendum.

Cuiuscumque generis excrementa aut mera puraque atque impermixta eduntur, aut confusa mixtæue cum alijs. Vtrorumque cruditas, uel coctio consistit in sex rebus, substantia, quantitate, qualitatibus, loco, tempore, motu. Quoad substantiam uindendum an naturalis sit & speciei sui generis conueniens & congrua, an præter naturam: est præter naturam, an toto genere, uel sola quantitate. Nam & affecti loci conditionem & materiam $\delta\upsilon\sigma\iota\alpha\ \mu$ indicabit.

Quoad quantitatem notandum, an seruent proportionem naturæ, consuetudini, & assumptis congruentem: an multa sint uel pauca: an crebro & pluribus uicibus, copiose uel modice excernantur, an coagmentata sint compactaque, uel diuisa. de naturæ hæc robore & materię copia uel defectu admonebit.

Quoad qualitatem, considerandæ initio primæ qualitates, utrum quod emanat, ferueat uel urat.

urat, uel calefaciat plusculum, suauiter ac blande, aut cum quadam acrimonia, uel humidius sit aridiusue. Secundo cetera, quae ab his dependent, an crassa sint excrementa, uel tenuia: uiscida lentaq; uel friabilia: dura uel mollia: acria & mordacia: uel hebetia ac mitia: quaeq; sunt eiusmodi. Tertio, colores an rubeant, aut rubore purpureo, aut nigricante, aut lucido, aut nitente, aut diluto aequo: an albicent palleantue plus minusue: an flauedinem referant aut croceam & saturatam, aut pallentem, aut ad rubedinem tendentem: an uireant, aut albicante uiredine & diluta, aut saturata & pleniore: an nigricent aut nigredine atra & nitente, aut suppurascete, aut ad fuscedinem uergant, uel obscuram glaucedinem, aut lineant. Multarum enim rerum, quoad locum affectum et morbum ipsum, signa hi dabunt. Quoad odorem, an foeteant, uel sint inodora. Quoad sonos, an cum stridore strepituue aut sonitu, uel sine hoc erumpant: an sternutatione, sputo, emunctione narium, screatu, tussi, crepitu uentris edantur. Quoad saporos, an sint insipida, uel insit aut amaritudo, aut salsedo, aut acredo, aut acor uel acidum quiddam, aut dulcedo, aut quiddam ex his confusum, quale ex nausea quandoq; uentriculo uiciosus oppleto humoribus percipitur, cum illi uomitu egeruntur. Ratione loci obseruandum an fluant ex consuetis & à natura

DE PRÆSAGIIS

definitis meatibus, per quos illa ordinate agens excrementa ducit. An ex uenis sanguinem crassiorē, & rubentiorē: ex arterijs tenuiorē & flauum, ex uentriculo, si quid eructat, aut chylum aut phlegma, ex intestinis feces, ex uesica urinam, ex hæmorrhoidibus atrum et melancholicum sanguinem, ex naribus mucorem, ex ore sputum, ex pectore feruidos cordis halitus & cætera educat: an uero contra ex uenis arterijsue uiciosum sanguinem, ex uentriculo uomitu rejiciat aut feces aut sanguinem, aut alterutram bilem, ex pectore aut sanguinem, aut saniem, aut lentum & uiscidum phlegma, atq; ita de cæteris.

Tempus innuit notationem periodorū et temporum morbi, an statis certisq; periodis & uel inordinate sine periodis & circuitibus quocumq; tempore: an sub initium nascentium morborum, uel augetur, uel uigentium uel ad exitum tendentium et resolutionem egerantur excrementa. Quoad modum considerandi triplices motus, nature, organorum & materie. Natura rejicit excrementa uel critico motu post materie coctionem, uel symptomatico. Materie etiam sunt dissimiles motus, leuis & æquabilis facilius mouetur, difficilius crassa, lenta, inæqualis, aspera: ex arterijs incisus cum impetu stridoreq; sanguis in altum exilit, ex uenis segniore & remissione fluit impetu.

Quoad

Quoad organa uidendum, an tussi eijciatur materia, an sreatu, an uomitu.

Composita excrementa aliquid alterius generis excrementorum admixtum habent. In talibus tum ipsa excrementa per sese, tum quæ admixta sunt, seu contenta, ut in alui deiectionibus, urina, sputo, pure, & similibus, tum mixtionis ratio consideranda. Contenta aut sunt $\psi\lambda\ \phi\upsilon\sigma\iota\pi$, aut $\pi\gamma\alpha\ \phi\nu\sigma\iota\pi$. Quæ $\psi\lambda\ \phi\nu\sigma\iota\pi$ aut sunt perfecte & per se naturalia, ut chylus cum maturuit, uel aliquis $\pi\lambda\ \chi\upsilon\mu\omega\pi$ naturalium, sanguis, flaua bilis, phlegma, melancholicus humor: aut sunt naturalia $\psi\lambda\ \sigma\upsilon\mu\beta\epsilon\beta\eta\kappa\omicron\varsigma$ sicut & antea dixi. Sub hoc genere comprehenduntur, pus laudabile, contenta urinarum, cum mensuram seruant naturæ conuenientem in substantia, quantitate, qualitatibus, hoc est, colore, odore, figura, tempore exitus, situ in urinis.

Duplex horum discrimen: Nam aut nullam in urina definitam sedem occupant, sed in totū sparsim funduntur corpus, aut in aliqua confidunt urine parte. Illa in turbidis existunt urinis, quarum triplex conditio. Aut enim turbantur cum exeunt, nec repurgantur amplius aut clarescunt: aut à principio turbidæ sunt, contentis dissipatis ac distributis confuse in totum liquorem, sed aliquanto post iisdem separatis & in unum collectis locum

DE PRÆSAGIIS

locum serenescunt: aut ab exitu limpidae sunt & clara, paulo post uelut coeno inquinatae confuturuntur & turbantur. Quae uero in certa herent sede, aut summa obsident, aut ima petunt, aut in medio ceu suspensa uolitant. Summa occupant uel spumae bullarum figura, uel pinguedo, uel circulus. Spumae uel crassae sunt uel tenues, uel rumpuntur ac disiliunt facile aut difficulter, uel in tota feruntur sparsim superficie, aut parti, uel in corona innatant. Pinguedo instar iusculi pulli, uel oculi bouum, aut telae araneorum conspicitur. Circulus uel corona bullis subiacet, & infra superficiem consistit in urinis illorum, quibus calore igneo solidarum partium ἢ σῦμφοτος ἰμῶδες, αὐτὸ ὑγρότης, aut ὕλη, sicut Galenus appellat, uel ἡ κῆρ ἕρφη dissoluta liquefcit ac defluit.

Quae in urinae corpore ceu ab equilibrio pendunt, Aut in toto equaliter urinae corpore uolitant, instar atomorum & tenuium atq; insectilium corpusculorum, qualia in radijs solis per angustas rimas penetrantibus fluctuare conspiciuntur. haec partim in fundo resident, partim medium tenent, partim ex alto sese librant, & urinae mota agitantur: Aut in unum deuoluta consistunt in loco. Prope superficiem parte superiore sub corona, uersus medium eminent uersus medium habent ἐνωαρηματα, fundo incumbunt

ἴσως αἰσῶς ἔσσις ἀμύλα, quæ uaria sunt ἔσ ad
 contenta πρὸς φύσιν pertinent proprie, ut ἔσ co-
 rone. Reliqua contenta si (ut dixi) non exce-
 dunt præfinitos limites: sub hoc genere naturali-
 um cōtentorum ἢ συμπερικκός locum habent.
 Sua natura enim non sunt de urinarum substan-
 tia, cum naturales urinae contentis carere debe-
 ant.

Contenta πρὸς φύσιν, Aut toto genere sunt
 præter naturam, ut in alui excrementis uermes,
 in urinis caruncula, squamæ, arena, calculi, fur-
 fures, capilli, orabacea contenta, κριμνώδης, πτε-
 ραλώδης, τριτύρωδης. Aut non sunt toto genere
 præter naturam, sed speciei sui generis aliquo mo-
 do respondent. degenerarunt uero, uel quia ob
 naturæ calorisq; ex imbecillitate defectum, eum
 non adipiscuntur ornatum, qui conuenit: uel quia
 alieni ἔσ non analogi caloris uehementia plus
 æquo uita priusquam illum consequantur, in alie-
 nam transeunt formam. Ex immoderantia ex-
 crementis alui aut urinis, aut sputo, aut eructatis
 uomitu, aut tumoribus, atra, liuida, flaua, uiridia,
 adusta, concreta miscentur contenta. Quæ defectus
 parit, uel inchoata certi alicuius humoris refe-
 runt lineamenta, ut humores sunt pituitosi, aut si-
 miles loturæ carnis, flatus, sanies, in urinis, excre-
 mentis, sputo: uel his carent, ut pleraq; cruda con-
 tentia. Horum tanto longius quæuis a natura re-
 cesserunt,

DE PRÆSAGIIS

cesserunt, quanto plus à naturalibus substantiis, quantitate, qualitate & cæteris dissident.

Quantum ad mixtionis rationem uidentur, an sint contenta, siue ex humorum, siue flatuum, siue rerum toto genere secundum aut præter naturam, an inquam, in totam infusa sint ac distributa excrementorum massam & substantiam ut eam uelut inuoluant & tingant: an uero aut forinsecus adhæreant superficiei, aut prodeant separatim, & uel antecedant uel consequantur: aut partem tantum occupent: aut inclusa sint ad eum modum, ut abdita lateant: aut uelut iuncta notabili discrimine in unum coaluerint corpus. Nam & ad affecti loci & morbi cognitionem attentæ harum rerum obseruatio non parum momenti adfert. Quæ sint contenta κατὰ φύσιν, quid uel ab his aut uno aut plurium ante positorum gradu uariant, designent: medicorum libri docent, qui consulendi sunt.

Restant accidentia corporis, quæ tertio loco posuimus sequenti Galenum, qui etsi alias aliter de signis differit: tamen has ipsas tres differentias constituit, ubi considerare iubet τὰ ἐμφαινόμενα ἐν τοῖς ὄμοις, διαχωρήμασι, πίεσιν, ἢ ἀρρώσῃ, ἢ τὰ εὐρισκόμενα ἐν ταῖς διαθέσεσιν ἢ ἀλξίαν σώματος, καὶ τὰ ἐμφαινόμενα ἐν ταῖς φύσιν καὶ ἐν ψυχικαῖς ἐνδρῆσιν.

In horum examine & consideratione ordien-
 dum à quantitate totius uel partium. Vbi consi-
 derandum an natiua ea sit uel acquisita, aut ali-
 unde orta: & si natiua, an iusta sit, & συμμε-
 τρῶς, uel iusto minor maiorue: si maior, an sit
 magnitudo à robore naturæ, & copia materiæ,
 an uero tantum à materiæ abundantia. Si aduen-
 titia sit, an totum occupet corpus, an uero unam
 tantum augeat partem, aut aliquas. Totum tume-
 fit corpus uelut in ὄγκῳ auctum atq; eleuatum,
 uel ob ἐνέξιας & habitum ἐν ἄρκῳ musculorum
 ex πλεθώρα: uel καχεξιας ex κακοχυμια, aut
 flatibus, ut in ἄνκοφλεγματῖα: aut inflatio-
 nem distensionemq; cutis. Singule partes intu-
 mescent κἢ φύσις & πρὸς φύσις, uel concavis
 meatibus πλεονέξια humorum flatuumue disten-
 tis, ita uenæ πλεθώρα aut κακοχυμια diducun-
 tur, arterie distenduntur flatibus aut crassiori-
 bus spiritibus: uel membranis aut pinguedine co-
 piofiore obductis atq; in molem ampliolem au-
 ctis, aut ex affluxu collectioneq; humorum, flatu-
 um, aut carnis, uel membri, alicuius auulsu illa-
 psiq; turgescuntibus, ut in ascite, tympanite, tu-
 moribus, quos ἐμφυσήματα uocant, ramicum
 differentijs, ut πνευματοκήλη, ἄρροκήλη &
 similibus: uel membris ipsis membranisque, quæ in-
 tegunt ea, tumore præter naturam obsessis.

Quantitatem qualitatum excipit pensatio.
 confide-

DE PRÆSAGIIS

considerandus autem primo habitus tum corporis partiumue, an sit εὐμετάβλητος uel δυσμετάβλητος, rarus uel densus compactusq;: tum morbi, an sit fixa, permanens, & confirmata ægritudo, an uero solutu facilis. Secundo qualitates primæ explorandæ, quæq; harum mixturam consequuntur proxime: an caleat corpus, frigeatue uel aridum sit aut humectum, durum uel molle, asperum aut leue. Tertio calores, rubeat ne, aut paleat, aut uireat uel nigricet, aut liuorem referat, uel flauedinem aut puram, aut ad pallorem declinantem. Respondet enim color in corporis superficie conspicuus dominio humorum, nisi in profundum demersi longius à cute absint. Sonitu, aurium timnitus strepitusq;, dentium stridorem, uoces inconsulto & sine deliberatione uelut per errorem emissas complectimur, ut saporibus ea, quæ in lingua sentiuntur, saporum discrimina. Ad figuram pertinent illa Hippocratica, nares acute, oculi concaui, collapsa tempora, frigida contractaq; aures & imis partibus leniter uersæ, forma decubitus, ægro aut dextro sinistroe lateri incumbente, brachijs, cervice, cruribus aliquantulum reductis, uel prorsus extensis, eodem ex imbecillitate prolabente uel deuoluente sese ad pedes. Ratione loci uidendum an dolor in exterioribus consistat, uel intrinsecus, dextraue parte an sinistra. Ratione temporis an continuo affligat, uel per interualla,

terualla, & ea an stata seruet ac periodica, uel non. Ratione motus an uelociter moueatur agritudo uel tardius.

Restat ex duobus initio constitutis signorum fontibus alter, quo signa complector extra rei quidem essentiam posita, non negligenda tamen, ut quæ ad illa priora procreanda, mutanda, ac uenda, remittenda & omnino ad afficiendum corpus uniuersum non parum habent momenti. Ea suppeditant res non naturales. Primo, aer quem necessario haurimus, quo carere dum spiramus nequimus, qui subito & ineuitabili motu raptus atque absorptus in præcipua fertur membra corporis, eaq; suis imbuit qualitibus. Variat hic secundum regionum naturam ac diuersitatem, anni tempus, & quæ in distincta anni tempora incidunt, menstruas diurnas & penè horarias mutationes cæli.

Secundo, Dieta uel uictus ratio, quæ cibo constat & potu, in quorum utroque multum pollet aqua, quæ qualis sit, non parum refert.

Tertio, Exercitia, præterea euacuationes superfluorum uel spontaneæ & à natura institutæ ac peractæ, uel medicamentis prouocatæ: aut eadem uel inhibitæ ac retentæ ex natura aliquo erato, aut intermissee à nobis. Animi affectus, læticia, tristitia, curæ, somnus & uigiliæ.

T t

In his

DE PRÆSA: MEDI:

In his ualet plurimum, imo dominatur consuetudo, quæ Hippocrati est ἐπιήκτεος φύσις. Nec parum de morbo, conualescentia, uiribus ægri, abundantia humorum, assumptas ex prioribus notis coniecturas confirmat nosse, cui quis diæta asseuerit, somno ne indulserit, eiq; uel diurno uel nocturno, aut plus uigilarit, quas natura sponte moliri euacuationes, quas irritare quiuisset ac commouere pharmacis consueuerit, quibus studijs quis laboribusue animi aut corporis uires intendit, quaq; in ea uehementia & assiduitate incubuerit, quibus sit affectibus corripi solitus, quos aluerit. Tanta horum uis est & in afficiendis corporibus efficacia, ut longiore continuata tempore in naturam abeant.

Recensui signorum discrimina, & monstrauit utcumque fontes, ex quibus conspicuum est atque euidens, σκευωλικὴ medicorum ueram, eruditam & necessariam esse physicam, alienissimam à commenticijs præstigijs, imo una cum arte tota monstratam & explicatam diuinitus. Cæteras disputationes. Vtra signa præstent & erudiant certius, quibus niti ac fidere potius medicum deceat, hoc in loco omitto.